partes Ita quod una pars per ordinem disputet usque ad natal
alia vero pars post natale infra carnisprimum hoc tamen
super omnia teneatur et sub pena duarum marcharum
argenti Rectoris nomine et forma quibus supra solvenda
ne in disputando cum alio concurrat ymo ille qui primo
die occupaverit per dationem sue questionis bedellis aliis
preponatur Item disputationem et aliam sequentem
disputationem duorum dierum ad minus intervalla
serventur nisi festa impedimentum prestarent ne predicta
intervalla servari valerent

2° p bedellos publicanda

Item Statutum est quod nullus doctor utriusque iuris
remittat collectam nisi propter paupertatem remittatur
scolari de qua doctori vel magistro constet fide per scolarem
prestita in secreto Item statutum est quod quilibet scolaris
iuris canonici et civilis solvat pro salario suo doctori
vi. s. turon et. ii s. pro scolis Item statutum est quod collecta
non fiat nisi ter in anno ne lectiones impediantur Ita
quod in ultima collecta libri retineantur precise nisi demum
solutione predictorum salarii magistri et scolaris necnon
excusatione paupertatis permittitur subsecuta et si
aliquis novus scolaris supervenerit infra festum
pasche bancarius doctoris sibi curialiter denunciet
in secreto quod doctori mittat collectam Item statutum
est quod nullus doctor infra octabas omnium sanctorum
faciat collectam infra illud tempus liberum sit
scollaribus scolas cuiuslibet doctoris intrare quando
voluerit et exire et alterius scollas intrare Ita quod
extunc doctorem eligat quem sibi crediderit
meliorem Postquam autem per doctorem scolaris
collocatus fuerit non liceat sibi suum doctorem
dimittere nisi collecta integra persoluta Item in

Paupertatem iurare

de collectis

libror retentio

Bancarius doctoris

Electio doct

magistris quatenus ad receptionem scolaris ultimo collocati

Item Statutum est quod nullus doctor extraneus qui in tholosano studio doctoratus non fuerit ad receptionem vel disputationem vel ad actum legendi admittatur nisi primitus a rectore petita licentia et obtenta illud idem in baccallariis extraneis statuentes quod eisdem si voluerit valeat denegare

extraneus non repetit limito rectore

Item Statutum est quod nullus baccallarius decreto legem vel decretalem repetat vel legat vel capitulum § vel versiculum cum oppositis et quesitis cum illud debeat specialiter doctoribus ~~servari~~ reservari

Cum oppositis et quaesitis §

Statutum est ut in proponendis negociis universitatis presens modo servetur ut si aliquid pro universitate coram prelato rege vel principe comite vel barone vel officialibus domini nostri regis que ad piam causam vel ipsius studii recommendationem vel simplicem supplicationem non continentem in se aliquam querimoniam de aliquo vel peticionem iustitie et complementi per magistrum si fuerit vel doctorem in deffectum magistri vel lectoris in theologia preponatur ordine prioritatis et posterioritatis rectoris arbitrio reliquendo Si autem aliquid quod querimoniam contineat proponendum fuerit Si coram persona ecclesiastica per doctorem decretorum Si coram persona seculari vel collegio per doctorem legum ordine qui sequitur proponatur. Si quod inter canonistas doctor qui ordinarie legit decretum aliis preponatur Et si duo vel plures sint ab antiquiori in lectura incipiatur post ipsos autem doctores legentes decretales secundum quod sunt antiquiores vel iuniores in lectura in proponendis preponantur vel etiam postponantur eodem ordine secundum antiquitatem lecture inter legistas per omnia observando

a quibus debet fieri harenga

Decretum ordinarie legendum

Item Ordinatum fuit quod deinceps post festum omnium sanctorum statim cum videbitur rectori privilegia studio tholosano concessa publicentur

Publicatio privilegiorum

1309

Noverint universi Quod cum
Discentio vertetur inter magistros baccalarios
et scolares artium in studio tholosano super
disputationibus determinationibus ac etiam super
lectura librorum infrascriptorum de modo et hora
legendi et lectiones magistrorum repetendi religiosus
vir et discretus communis prior de buscta doctor decretorum
rector dicti studii de assensu et voluntate totius
universitatis commisit diffiniendam et determinandam
dictam discentionem religiosis ac discretis viris
lectoribus fratrum predicatorum fratrum minorum et fratrum
beate marie de carmello. Eam habito tractatu
diligenti communi utilitate inspecta ad diffiniendum
ordinandum et statuendum inviolabiliter sub pena
v. s. tol. universitati predicte applicanda pro
qualibet contradictione seu deffectu in aliquo
infrascriptorum sindico universitatis nomine
ipsius stipulanti in modum qui prosequitur processerunt
Ad promotionem et comodum dicti studii thlam
diffinimus ac etiam statuimus quod in uno anno a
festo beati luce evangeliste usque ad festum beati
Johannis baptiste legantur in mane libri
priorum et posteriorum aristotilis alio vero anno
liber topicorum aristotilis et liber elencorum. Et sic
continue procedatur singulis annis libros tamen
qui eodem anno debent legi diversis annis alternati
incipiendo a festo vero beati Johannis usque ad
festum beati luce legantur uno anno quinque
libri ethicorum et alio anno alii quinque libri
per ordinem. Et tertio anno liber de anima demum
sicut prius circulando procedatur predictos libros
legendo complete. Item statuimus quod post lectionem
matutinam a festo beati luce usque ad festum
beati Johannis legantur singulis annis complete
Primo tres primi libri veteris logice demum

Priscianus minor a festo beati Johannis usque ad festum beati luce legantur dicta hora libri sex principiorum cum libro divisionum boecii vel cum tribus primis libris topicorum boecii per ordinem. Cum hoc tamen complendo si quid de prisciano minori incompletum remanserit in ordinario precedenti. Item immediate post lectiones magistrorum legantur tractatus de mane per baccallarios a magistris deputatos bis solum in anno. S. semel a festo beati luce usque ad festum pasche. Et semel ab octavis pasche usque ad festum beati luce. Si tamen in festo pasche fuerint completi ita quod postquam tractatus in principio hyemis incepti fuerint de cetero non incipiantur. Item in paschali tempore donec completi fuerint pro hyeme terminati. Item de philosophia reali legantur extraordinarie complete libri qui sequuntur per magistros regentes in dicto studio seu per alios sufficientes magistros seu baccallarios a magistris regentibus ad hoc deputatos. Primo anno legatur liber phisicorum. Secundo anno liber de generatione et corruptione et primi libri naturales qui sequuntur. S. liber de sensu et sensato liber de memoria et reminiscencia liber de sumpno et de vigilia liber de causa longitudinis et brevitatis vite liber de morte et vita respiratione et expiratione in iuventute et senectute. Liber de causa motus alium librum de progressu alium. Et isti qui spectant ad secundum annum sunt de forma positi loco quorundam aliorum qui modicum utilitatis videbantur habere tercio anno legantur libri de celo et mundo methaurorum. Quarto anno metaphisica aristotilis. Deinde sicut prius in quolibet quadriennio circulando procedatur. Et ad tardius magistri teneantur incipere dictos libros singulis annis prima die

Priscian' minor

philosophia Realis

de sensu et sen^to Arist

respiratione de

Legibili post festum omnium sanctorum Item baccallarii qui
per magistros singulis annis ad hoc deputentur teneantur
quolibet anno complete legere illos libros de nova logica qui
pro anno non spectant ad ordinarium magistrorum S. uno
anno librum topicorum aristotelis et librum elencorum
alio vero anno librum priorum et posteriorum ut profitere
ac studere cogantur et ad tardius teneantur dictos libros
incipere Secunda die legibili post festum omnium sanctorum
quilibet autem audientium dictos libros nove logice
a baccallariis antedictis teneatur eisdem pro salario
solvere pro libro topicorum viii d. turon. pro libro elencorum
iiii d. t. pro libro priorum vi d. t. pro libro posteriorum
vi d. t. Ita tamen quod quamvis dicti scolares predictos
denarios non solverent Nichilominus dicti baccallarii
ad predictos legendos et complendos modo premisso
sub pena prius posita teneantur Item dicti baccallarii
teneantur legere logicam veterem quolibet anno quando
priscianum minorem in suo extraordinario finiverint
In hora eadem in qua dictum priscianum legebant
Item a totum tempus quod est post comestionem usque
ad primam pulsationem novo tempore non quadragesimali
sit baccallariorum ad conferendum vel alia faciendum
que sibi magistris utilia videbuntur totum vero tempus
a prima pulsatione nove usque ad pulsationem
extraordinarii doctorum legum assignetur baccallariis
ad legendum de nova logica Totum vero sequens tempus
cedat lecture extraordinarie magistrorum in quadragesima
tamen totum tempus quod est post repeticiones lectionum
usque ad comestionem sit baccallariorum ad conferendum
et alia faciendum que sibi et magistris utilia videbuntur
Lectura vero baccallariorum de nova logica habeat
tempus immediate post comestionem usque ad pulsationem
extraordinarii doctorum Totum vero sequens tempus
cedat lecture magistrorum nec magistri horam baccallariorum
seu scolares horam magistrorum impedire presumant

nec alios actus a predictis sub predicta pena prefatis horis
exercere Item Cum legetur lectio de philosophia Libri
consiliarii deputata magistris ut eis affectuosius ac
diligentius intendatur cum etiam legetur lectio de logica
nova per aliquem baccallariorum In hora prius baccall
assignata nullus alius actus In eisdem scolis nec aliis
eiusdem facultatis exercetatur nec lectio de consili libro
Item pro lectura Reali philosophie tribuatur quolibet
anno certa summa recompensanda magistro legenti si
solum unus legerit seu magistris si plures Realem
philosophiam legerint que summa ab omnibus baccall
et Repetitoribus necnon etiam a scollaribus pro Reali
philosophia audienda sufficientibus colligatur quando
magistro Legenti placuerit per aliquos ab eodem ad hoc
deputatos qualibet hyeme cum magister librorum phie
Inceperit et dicta summa eidem magistro tribuatur Et a
quolibet predictorum audientium seu non audientium
audire tamen sufficientium ii sz turon Ad quos solvendos
omnes predicti per Rectorem si opportuerit compellantur
nec dicti magistri facere possint gratiam dictis baccallariis
Repetitoribus vel scolaribus super duobus predictis solid
turonensibus nisi impotentiam propter paupertatem allegent
quam teneantur asserere fide data Item magistri in artibus
teneantur disputare ad minus semel In septimana incipiendo
disputationem ad tardius In prima pulsatione nove
si tempus quadragesimale non fuerit In quadragesima
vero statim post comestionem et In tota illa die prescriptam
disputationem nullus alius actus In eisdem scolis nec
In aliis eiusdem facultatis exercetatur quousque disputatio
completa fuerit ubi disputatio magistralis baccallarii
et Repetitores teneantur Interesse complete nisi causa
Rationabilis eos excuset ut per hoc ipsi proficiant et
scolares exemplo eorum ad simile inclinentur Item

Realis philosophie

Rectoris potestas

Disputationes sabbat

quilibet magrorum determinet questionem quam disputabit
antequam iterum disputet baccallarii vero et repetitores teneantur
interesse determinationi complete nisi excusationem legitimam
habeant ne determinationes propter deffectum audientium
obmictantur Item quia remittendo salarium scolaribus
potentibus solvere aliqui magrorum possent sibi scolares
illicite attrahere aliis substrahendo Statuimus quod magri
in artibus v. s. turon exigant in prima collecta s. hyemali
a quolibet auditore infra vero s. paschali xii d. t. ff
nec gratiam dicti magri facere possint super dicto salario
nisi propter paupertatem impotentiam scolares allegent
quam teneantur asserere fide data Si tamen post
carnisprivium scolaris aliquis venerit cum magro
possit convenire amicabiliter de salario prime collecte Sed
si ante carnisprivium venerit ad solvendum salarium
complete teneatur Item statuimus sub pena lx. s. t.
dicte universitati modo quo supra applicanda quod nullus
magr per se nec per alium promittat seu det aliquid
alicui baccallario seu scolari vel repetitori per quod
possit ipsos sibi attrahere vel aliis aufferre magris
preterquam baccallario principali nec hospicium aliquod
seu partes hospicii pro baccallario vel repetitore seu scolari
quocumque ad sui periculum teneat preter illud solum in
quo idem ipse fuerit principaliter moraturus nec per hoc
habeatur occasio attrahendi baccallarios vel scolares
Item statuimus sub pena proximo posita quod si aliquem
magrorum in artibus contigerit de novo habere pro
baccallario principali aliquem de scolis alterius magri
eiusdem facultatis socios illius baccallarii nullo modo
in scolis suis retineat vel recipiat ut fraudes attrahendi
scolares propter promissiones que fiunt baccallariis
principalibus evitentur Et si nullatenus posset vitare
quando eosdem reciperet Statuimus quod salarium eorum
ff in tercia scilicet festivali xii d. t.

priori magro In cuius scolis fuerant sequens magister In
quibus scolis se transtulerunt reddere teneatur Item quia
magistri quando collectas faciunt aliquos pignorando
multorum incurrunt odium Ideo statuimus ut quilibet
magister collectas faciendo bis In ordinario hyemali S. semel
ante natale et semel post et semel In ordinario pascali
et semel In estivali ab omnibus suis scolaribus sive
solverint sive non pignora recipiat et plus unum quam
alium non offendat Si quis autem magr baccallarius
repetitor vel scolaris In artibus In dictam penam inciderit
et requisitus per rectorem solvere noluerit tanquam rebellis
victetur donec predictam solverit penam et de inobedientia
dicte universitati arbitrio rectoris et procuratoris
satisfactionem fecerit competentem Et ad maiorem
omnium premissorum firmitatem nos rector predictus
de consensu dicte universitatis predicta omnia et
singula confirmantes sigillum universitatis predicte
unacum sigillo nro rectorie et cum sigillis predictorum
lectorum presenti ordinatione et statuto duximus
apponendum Datum tholose die Jovis post octabas pasche
Anno domini millesimo tricentesimo nono regnante philipo
rege francie Et petro de capella epo exnte tholosano

pignoratio es

ex coio genq

Rector de consensu universitatis confirmat

Nota confirmantes

1309

bulle du pape Innocant

hic sunt Innocentius sextus ut 1 fol 69 verso.

Innocentius epistopus Servus
servorum dei Dilectis filiis suis universis
magris et scolaribus tholosanis salutem et
apostolicam benedictionem In civitate tholosana domini
dd factus est fons patens et vena vite scientia salutaris
deo decimus aquas sicientes confugiunt haurientes In
gaudio de fontibus salvatoris ut cum rachele camelos
gibbos quoqz videlicet peccatores gibbo peccaminum
oneratos potu reficiant ac revelent post laborem

Imo Innocentius IV ut ex bulla originali apparet.

Nec in via defficiant qui propter ignorancie sue latebras
laborantes continue tota nocte vel ubi quod vanum est
et transitorium acceperunt. Sed nunc conversi ad
fluenta theologie discipline in ipsius lumine videret
lumen a quo tanquam a patre luminum omne datum
optimum et omne donum perfectum emanat verius et
descendit ibi lactentes ad ubera pendant matris ibi
parvulis panis frangitur scripturarum ibi exercitatos
habentibus. In altum recia ducere petrus ita
ut nullus expers numerum inveniatur ipsius qui ad
eandem scienciam accesserit puro corde noceat hoc siquidem
ancillas artes liberales ad sui obsequium ad superne
merita civitatis. Et id circo ibidem floret studium in eisdem
ut per ancillas hostiarias ad veram sapienciam
hostium pateat et tanquam per viam compendii adducant
ad ipsam velocius studiosos. Volentes igitur quod tam
fidelis plantacio aplice sedis privilegiis cofota muneribus
exculta studiis defensata digni favoris auxiliis robur
accipiat et perfectum circa statum scolarium civitatis
eiusdem. Iuxta felicis recordacionis gregorii pape. p. n.
ab ipso magistris et scolaribus parisiensibus statuta concessa
Nº. Hec statuimus observanda videlicet quod quilibet cancellarius
tholose deinceps creandus coram epo vel de eius mandato
in capitulo tholosano vocatis ad hoc et presentibus per
universitatem scolarium duobus magistris in
sua institutione iurabit quod ad regimen theologice ac
decretorum bona fide secundum conscienciam suam
loco et tempore secundum statum civitatis et honorem
ac honestatem facultatum ipsarum non nisi dignis
licenciam largietur non admittet indignos patriarum
et nacionum acceptacione submota. Ante vero quam
quamquam licenciet infra tres menses a tempore
petite licencie tam ab omnibus magistris theologie in

q. in v. creatum cancellarius

civitate presentibus quod aliis viris honestis et litteratis per quos
veritas sciri possit de vita sciencia et facundia necnon et
proposito et spe proficiendi ac aliis que sint in talibus
requirenda diligenter inquirat Et inquisitione sic
facta quid deceat et quid expediat bona fide det vel
neget secundum conscientiam suam petenti licenciam
postulatam Magistri vero theologie ac decretorum quando
incipient legere prestabunt publice iuramentum quod
super premissis fidele testimonium perhibebunt Cancellarius
quoque iurabit quod consilia magistrorum in malum eorum
nullatenus revelabit tholosan canonicis libertate ac
iure in incipiendo habitis in sua manentibus firmitate
Et phizicis autem et artistis et aliis Cancellarius bona
fide permittet examinare magistros et non nisi dignos
admittens repellet indignos Ceterum quia ubi non
est ordo facile reperitur horor. Constitutiones seu
ordinationes faciendi de modo et hora legendi et
disputandi de habitu ordinato de mortuorum exequiis
necnon et de baccallariis qui et qua hora ubi et quid
legere debent ac hospiciorum taxatione seu etiam
interdicto et rebelles ipsius constitutionibus vel ordinationibus
propter substractionem societatis congrue castigandi
vobis concedimus facultatem Et si forte verbis
substrahatur taxatio hospiciorum aut quod absit vobis
vel alicui vestrum iniuria vel excessus inferatur enormis
ut pote mortis vel membri mutilationis nisi congrua
monitione premissa infra quindecim dies fuerit
satisfactum liceat vobis usque ad satisfactionem
condignam suspendere lectiones Et si aliquem vestrum
indebite incarcerarii contingerit fas sit vobis nisi
monitione prehabita cesset iniuria statim a lectione
cessare si tamen id videritis expedire Precipimus
autem ut tholosanus episcopus sic delinquentium castiget

Inquisitio de vita Licentiandi

Nota

Substractio societ

Interdicti genus

propter indebitam incarceratione cessandum a lectione

excessus quod scolarium seruetur honestas et maleficia non
remaneant impugnita occasione delinquentium non
capiantur nullatenus innocentes ymo si contra quemquam
suspicio fuerit orta probabilis honeste detentus ydonea
cautione prestita cessantibus carcerariorum exactionibus
dimittatur Quod si forte tale crimen commiserit et in carcerationem
sit opus episcopus in carcere culpabilem detinebit Cancellario
habere proprium carcerem penitus interdicto Prohibemus
insuper ne scolaris pro contracto debito de cetero capiatur
cum hoc sit canonicis et legitimis sanctionibus interdictum
Sed nec episcopus vel eius officialis seu cancellarius penam
pecuniariam pro excommunicationis emenda vel alia
qualibet censura requiret Nec cancellarius a
licenciendis magistris iuramentum vel obedienciam
seu aliam exigat cautionem nec aliquod emolumentum
seu promissionem recipiet pro licencia concedenda iuramento
superius nominato contentus Porro vacationes
estiue non extendantur de cetero ultra mensem
sed vacationum tempore Baccallarii si voluerint
suas continuent lectiones Inhibemus autem expressius
ut scolares per ciuitatem armati non vadant et
turbatores pacis et studii vniuersitas non defendat
Et illi qui simulant se scolares nec tamen scolas
frequentant nec magistrum aliquem profitentur neque quod
scolarium gaudeant libertate Adhuc iubemus quod
magistri artium vnam lectionem de prisciano et vnum
pro alio ordinarie semper legant et libris illis naturalibus
qui in consilio prouinciali ex certa causa prohibiti
fuere non vtantur tholose quousque examinati fuerint
et ab omni erroris suspicione purgati Magistri
vero et scolares theologie in facultate quam profitentur
se studeant laudabiliter exercere nec philosophos se
ostendent sed satagant fieri theodoci nec loquantur

Cancellarius nihil capiat

Scolares arma ferre non debent per vrbem

Contra eos qui scolas non frequentant

Con[illegible] prouinciale

Libri naturales

Scolares theologie

In lingua populi et populi linguam ebream cum azotica
confundentes de illis tamen in scolis questionibus
disputent que per libros theologicos et sanctorum patrum
tractatus valeant terminari. Preterea de bonis
scolarium qui intestati decedunt vel rerum
suarum ordinationem aliis non committunt
sic duximus providendum videlicet ut epus et unus
de magistris quem ad hoc universitas ordinaverit
recipient omnia defuncti bona et in loco tuto et
ydoneo depponentes statuent certum diem quo illius
obitus in sua patria valeat nunciari. Et illi ad
quos bonorum eius est successio devoluta possint
tholosam accedere vel ydoneum nuncium destinare.
Et si venerint vel miserint restituentur eis bona
cum cautela que fuerit adhibenda. Si vero non
comparuerit aliquis ex tunc epus et magr bona
ipsa pro anima defuncti prout expedire viderint
erogabunt nisi forsan ex aliqua iusta causa venire
nequiverint successores et tunc erogacio in tempus
congruum differatur. Nulli ergo omnino hominum
liceat hanc paginam nre constitucionis concessionis
prohibicionis et inhibicionis infringere vel ei ausu
temerario contraire. Si quis autem hoc attentare
presumpserit indignationem omnipotentis dei et
beatorum petri et pauli apostolorum eius se noverit
incursurum. Datum Lugd. x. kl. octobris pontificatus
nri anno tercio

De bonis scolaris defuncti Thle

Anno dni. 1246 nam fuit creatus anno dni. 1247

bulle durbain pape apres quant est urbain quatre et la bulle est de lan 1264 parce qt sent ellen en 1264

Urbanus epus servus servorum
dei dilectis filiis universitati magistrorum
et scolarium tholosanorum salutem et
apostolicam benedictionem olim operante

Illo qui vult omnes homines salvos fieri et neminem vult
perire per ministerium bone memorie R. tunc portuen. electi
in illis partibus apostolice sedis legati inter ecclesiam et
nobilem virum comitem tholose pace perennite divina gra
reformata. Idem legatus tam provide quam prudenter attendens
quod fides catholica que pene penitus videbatur de illis
partibus profugata inibi reflorere valeret. Si illic
litterarum studium caretur duxit provide statuendum
ut in tholosana civitate cuiuslibet licite facultatis studia
plantarentur quorum magistris ut liberius possent vacare
studiis et doctrinis a iamdicto comite fuit promissum
certum salarium et solutum. Nos igitur ad instar
felicis recordationis gregorii et innocentii predecessorum
nostrorum Romanorum pontificum quod super premissis factum
est ratum habentes ut eadem libertate qua gaudent
parisien. scolares vos et omnes qui vobis successerunt
in hac parte perpetuo gaudeatis devotioni vestre duximus
concedendum. Nichilominus ut cives thlam domos
vacantes ad inhabitandum scolaribus sub competenti
pretio taxando a duobus clericis et totidem laycis viris
discretis catholicis et iuratis communiter electis a vobis
locare cogantur. Et ut scolares theologie studiis
insistentes ac universi magistri in civitate commorantes
prefata beneficiorum et prebendarum suarum proventus
ac si in ecclesiis in quibus eadem obtinent residerent
quotidianis distributionibus que illis qui divinis
interesunt officiis assignantur dumtaxat exceptis
percipiant integre statuentes. Sancimus preterea
quod ut nulli magistri scolares vel clerici ac sermentes
eorum si quod absit contigerit eos in quocumque maleficio
deprehendi ab aliquo laico iudicentur vel etiam
puniantur nisi forsitan iudicio ecclie condemnati
seculari curie relinquantur. Et ut laici teneantur

establissement de toutes les facultes lors de la paix faite avec le comte raymond

N a

les memes pri[illegible] que les escoliers de paris

N a

escoliers ainsi pres aux prouo[illegible] legans des [illegible] benefices

exemption de la juridiction laique hors de certains cas

studentibus In causa qualibet coram ecclesiastico Judice
Respondere Necnon et ut comes Jamdictus Cives thlam
baillivi eiusdem comitis et barones terre personis et rebus
scolarium ac etiam eorumdem nuncijs securitatem et
Immunitatem sub jure juvando promittere compellantur
et a suis subditis fieri faciant illud idem et si qui
eos vel eorum nuncios in terris ipsorum pecunia vel
rebus alijs spoliaverint ipsi vel emendari faciant
vel emendent Et ut quicumque magister ibi examinatus
et approbatus fuerit in qualibet facultate ubique
absque examinatione regendi licentiam habeat
potestatem ad hoc cum sepe prefatus comes In
Reformatione pacis se obligaverit prestito juramento
ut certum salarium usque ad certum tempus certo
numero magistrorum ei solvat Statuimus ut illud
sine diminutione qualibet persolvat usque ad constitutum
tempus et plenarie satisfaciat de substractis Nulli
ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre
concessionis et constitutionis infringere vel ei
ausu temerario contra ire Si quis autem hoc
attemptare presumpserit indignationem omnipotentis
dei et beatorum petri et pauli apostolorum eius se
noverit incursurum Datum lugdunensis xii kal octobris
pontificatus nostri anno tertio

salarium professoribus delitum.

bulle dinnocent aparaint costoit Innocent 5

Innocentius episcopus Servus servorum
dei Dilectis filijs Nobili viro comiti consulibus
et populo tholosano salutem et apostolicam benedictionem
vestris et tholosanis civitatis utilitatibus providere
ac indemnitatibus precavere quantum cum deo
et honestate possumus cupientes quod victualia tempore

aparaint costoit Innocent quinte et la bulle de lan 1279

caristie De civitate per flumina non extrahantur prefata
ne pro ipsorum deffectu quod absit studium quod ad honorem
et utilitatem eiusdem civitatis ibidem plantatur
dinoscitur dissolvi contingat ad instar felicis recordationis
gregorii pape predecessoris nostri auctoritate presentium districtius
inhibemus Nulli ergo omnino hominum liceat hanc
paginam nostre inhibicionis infringere vel ei ausu
temerario contraire Si quis autem hoc attemptare
presumpserit indignationem omnipotentis dei et beatorum
petri et pauli apostolorum eius se noverit incursurum Datum
Lugd. iii° ydus septembris pontificatus nostri anno tercio

In sequentibus statutis que incipiunt ad honorem dei
agitur de hijs que statim inferius sequuntur. Et per
ordinem subscribuntur

Primo De veniendo ad missam et de penis
pecuniariis non venientium in termino assignato.
Secundo De compulsione penarum pecuniarum
Tercio de diacono et subdiacono dicte misse
Quarto de quatuor cantoribus dicte misse
Quinto de cappis et superpellicis misse
Sexto de sedendo in sedibus primis et sedis in dicta missa
Septimo de honore funeribus Et impendendo
Octavo de missa pro defunctis universitatis die sancti
ylarii celebranda
Nono de non legendo in diebus festivis
Decimo de cappis defferendis a doctoribus magistris et baccalariis
Undecimo de crastina concedenda vel non concedenda
Duodecimo de baccationibus natalis pache et penth.
Terdecimo de principijs baccall. et similibus eorundem
Quarto decimo de fine lecture a doctoribus certis
terminis impendendo
Quinto decimo quod nullus concurrat cum doctore in lectura
Sexto decimo de presentacione ad doctoratum in decretis faciendo

Decimo septimo de suppe^nt super aliis pnta^bus dno exo facienda
Decimo octavo de non legendo post pulsationem campane
vel post finem ipsius
Decimo nono de pulsatione campane p^9 vesp^os facienda
Vicesimo de substitutoribus faciendis a doctoribus r. magris
Vicesimo primo de ordinatione librorum in iure civili
a baccallariis observando
Vicesimo secundo de numero librorum quos debent legere
baccallariis in iure civili
Vicesimo tercio de disputationibus doctorum et R^ibus
baccallariorum
Vicesimo quarto de concurrendo in lectura cum doct^bus in estate
Vicesimo quinto de pri^o magrorum vel lectorum in
theologia vel legencium decretum
Vicesimo sexto de filiolis faciendis vel non faciendis
Vicesimo septimo de peiis seu exemplaribus corrigendis
Vicesimo octavo de vigiliis festorum et de lectionibus
in vesperis legendis
Vicesimo nono de ordine et rentrencia sedendi et in
sedendi inter doctores et magros
Tricesimo de iuramento a legentibus prestando et
eius interpretatione et declaratione et de statutis in
loco patenti positis
Tricesimo primo de iuramento prestando a rectore
illi qui rector fuerat ante eum
Tricesimo secundo de punctorum assignatum electione
Tricesimo tercio de pena bedellorum si non sit ubi
fuerit universitas congregata
Tricesimo quarto de pena bedellorum si aliquis rebellem
vel iniuriare volen^t presumpserit iudicare
Tricesimo quinto de quiniis licen^t et baccallariorum
Tricesimo sexto de banquieriis q^d scilicet quod
debetur baccallariis iudicare

Tricesimo septimo de bancario maiori quod in principiis doctorum sicut unus de bedellis recipiat

Tricesimo octavo de forma iuramenti scolarium et etiam aliorum

¶ Tricesimo nono de scribendis nominibus iurantium et de pena rebellorum seu iuramentum prestare volentium

Quadragesimo et ultimo de vestibus et pannis studentium in studio tholosano et de precio vestium predictarum

1314

Ad honorem dei et promotionem ac reformationem studii thlani. Noverint universi. Et anno ab incarnatione domini millesimo tricentesimo decimo quarto Nos. B. de turre prior de rabistagno decretorum doctor ac rector studii thlani unacum aliis dominis doctoribus magistris regentibus in studio thlano supradicto quorum nomina inferius continentur de consiliariorum consilio ac assensu et de voluntate et assensu totius universitatis studii prelibati et auctoritate privilegiorum dicto studio concessorum statuimus et ordinamus statuta et ordinationes que inferius subsequuntur salvo tamen iure domini episcopi thlani et domini cancellarii et ecclesie thlane et cuiuslibet alterius superioris in omnibus et singulis infrascriptis statuta vero sunt in numero quadraginta quorum primum sequitur in hec verba. De veniendo ad missam et de penis pecuniariis

In primis quia dignum et iustum existit ut celi regina ac mundi domina in terris ab omnibus et specialiter a clericis honoretur et honor ipsius per incrementa temporum amplietur idcirco dignum dignoscitur atque iustum ut missa que per universitatem dicti studii thlani celebratur

In die dominica sollemniter ac festive ad laudem et honorem ipsius
matris et virginis gloriose decantetur Honorabilius
ac festivius celebretur et honor ac decus ipsius misse
novis ac dignis honoribus cumuletur ut et ipsa universitas
que ex ipsius misse celebratione se confidit successive et
continue de die in diem ipsius virginis precibus et in
omnibus suis actibus prosperari nunc et in posterum et
ipsius honoris ampliatione ab ipsa virgine protegatur
et per ipsam in suis actibus ac negociis dirigatur
ipsius quod meritis ac precibus tam in personis quam in scientiis
ac moribus augmentetur Idcirco primo et ante
omnia Statuimus et etiam ordinamus ut omnes
cuiuscumque conditionis existant qui sunt vel de cetero
de studio et in studio tholosano in die dominica ad
dictam missam conveniant sicut olim extitit
ordinatum vere quod iustum est verum ac rationabile
ut illi qui honorem pre ceteris a deo et ab ipsa universitate
in studio recipere dignoscuntur honorem deo et beate
virgini in dicta missa pre ceteris interesse dignoscantur
Cum ipsi possint et debeant non immerito pre aliis
dictam missam per sui presentiam honorare Ea propter
statutum fuit et ordinatum quod subsequentes persone
que honorabiliores vel potentiores inter alias reputantur
dicte misse principaliter teneantur interesse non
solum in medio sed etiam in principio et fine videlicet
Rector et omnes doctores et magistri consiliarii et baccallarii
legentes ordinarie vel extra ordinarie Omnesque
nobiles et canonici cathedralium ecclesiarum omnes
etiam religiosi habentes prioratus vel administrationes
Omnesque habentes dignitatem vel personatum et
Rectores ecclesiarum parrochialium Et omnes etiam
tenentes per se hospicium in studio supradicto Et
si aliquis de predictis deficiat quin sit in dicta missa

Missa

adiuvari

Statuta ligant omnes qui sunt de studio vel in studio &c.

Cessante legitimo impedimento pena pecuniaria ut
sequitur puniatur. Ita quod si rector non fuit in principio
misse saltem antequam incipiatur ymnus angelicus s.
Gloria in excelsis, ii s. turon. ipsi universitati solvere
teneatur. Si quis vero doctor iuris canonici vel
civilis regens in studio predicto sive legens non venerit
saltem ante finem epistole xviii d. t. solvere teneatur.
Magistri vero aliarum facultatum exceptis medicis
pro infirmitate alicuius impedimento legitimo occupatis
xii d. t. solvere teneantur. Baccallarii tam in iure
canonico quam civili consiliarii et licenciati et canonici
cathedralium ecclesiarum et religiosi habentes prioratus
vel administraciones et omnes dignitates vel personatus
ac rectores ecclesiarum parrochialium et licenciati in
phisica artibus vel in gramatica. Omnesque tenentes
per se hospicium nisi dicto termino advenerint s.
quando dicitur epistola vel saltem antequam finiatur
vi d. turon. solvere teneatur. Baccallarii vero in
artibus iii d. t. solvant nisi ad dictam missam
venerint termino supradicto. Hoc autem intelligitur
nisi non superveniendo vel a dicta missa recedendo
legitimum venerit impedimentum super quibus
conscientie sue relinquatur vel nisi ex causa
racionabili seu probabili et verisimili licenciam
specialiter et expresse non tamen generaliter
obtinuerit a rectore super qua causa et licencia
concedenda vel denegranda rectoris conscienciam
oneramus. Si autem aliquis predictorum absque
legitimo impedimento vel licencia modo supradicto
concessa dicte misse dimiserit interesse soluta pena
pecuniaria supradicta, ex tunc nulla culpa
nec aliqua excommunicationis sentencia hac de causa
aliquatenus astringatur. Sed sic ab omni

nota medicos excusatos a missa propter infirmitatem egrotantium

De compulsione penarum pecuniarum que debent ab illis qui ad missam non veniunt hora debita vel statuta

culpa et omni alia pena / Liber super hoc et Immunis

Secundo fuit statutum et ordinatum ad hoc ut melius teneantur Ista que superius sunt ordinata videlicet de veniendo ad dictam missam et de solvendis penis pecuniariis superius ordinatis Et de cetero quolibet anno vel quoscienscumque Rectori expediens videatur littera excommunicationis ab officiali vel domino epo tholosano seu eius vicariis impetretur contra non solventes contra illos videlicet qui supra dictam pecuniam non solverint infra terminum in dicta littera assignandum postquam dicta lra per scolas fuerit publicata vel ipsis non solverunt de mandato Rectoris specialiter vel singulariter intimata et predicta pecunia applicetur ad solvendum illud quod est ordinatum seu statutum pro quatuor quantatoribus infrascriptis vel ad faciendum alia necessaria vel utilia dicte misse seu universitatis predicte Si autem vertatur pro tempore in dubium utrum aliquis solverit pecuniam supradictam vel habuerit legitimum impedimentum vel si ut premittitur licenciam obtinuerit a Rectore vel alicui forte opponatur de sententia supradicta fuit statutum et ordinatum quod super hoc staretur conscientie cuiuslibet Ita quod de predicta solutione seu impedimento vel licencie seu sententie excommunicationis posset se quilibet purgare si esset necesse et fidem facere per proprium iuramentum

De dyacono et subdiacono dicte misse

Tercio Statuimus et ordinavimus quod predicta missa beate marie que dicitur per universitatem predictam in die dominica in ecclia predicatorum de cetero dicatur cum diacono et subdiacono induciis tunicis vel dalmaticis ut honorificencius et

detentius dicta missa celebretur ad honorem universitatis predicte et ad laudem ipsius virginis gloriose

De quatuor cantatoribus dicte misse

Quarto statuimus et ordinavimus quod habeantur de cetero et eligantur quatuor cantatores meliores qui potuerunt inveniri et haberi in toto studio ad sollempnisandum dictam missam quorum cuilibet dentur qualibet die dominica qua celebrabitur dicta missa per rectorem vel de mandato ipsius vi d. turon. et ipsorum unus sit precantor et ordinator inter ipsos et ipse precantor seu ordinator plusquam alii cantores habeat alios vi d. turon. Et ad monicionem ipsius quilibet doctor magister vel baccallarius vel quicumque alius accedat et accedere teneatur ad cantandum kyrieleyson etc. et alia prosam vel alia que in dicta missa fuerint dicenda seu sollempniter decantanda. Et predicti quatuor cantatores eligantur per rectorem de consilio consiliariorum ita quod non sint perpetui sed annales et teneantur dicte misse interesse per proprium iuramentum si commode possint vel sub pena admissionis pecunie supradicte.

De 4or cappis et 4or superpelliciis pro supradictis cantoribus faciendis

Quinto statuimus et ordinavimus quod emantur per universitatem quatuor superpellicia et quatuor cape processionales pro cantatoribus supradictis cum quibus superpelliciis sive capis postquam facta fuerint sive facte dicti cantores induti dictis superpelliciis atque capis teneantur dicte misse interesse a principio usque ad finem ita quod anno proximo nunc instanti ille qui erit rector in principio studii faciat fieri quatuor superpellicia supradicta ante quam sua rectoria sit finita et ille qui erit rector post ipsum immediate ante finem rectorie sue faciat fieri duas capas de quatuor supradictis et ille qui anno postea immediate subsequenti erit rector in principio studii faciat fieri alias duas capas processionales antequam desinat esse

Rector Interim Autem — Rectores qui pro tempore fuerint antequam predicte cape seu superpellicia sint facta procurent cum predicatoribus vel cum aliis quod cape sine superpellicia habeantur in dicta missa pro cantoribus supradictis

De sedendo in sedibus primis ac secundis in missa universitatis

Sexto Statuimus et ordinamus quod nullus in dicta missa sedeat in sedibus doctorum nisi sit prelatus qui propter honorem sue prelationis poterit et debebit cum dictis magistris et doctoribus consedere Item in sedibus inferioribus atque primis non sedeant nisi baccallarii in iure canonico vel civili Et nobiliores et potentiores et habentes dignitates necnon et religiosi habentes prioratus vel administrationes et licentiam in medicina vel in artibus vel gramatica Ita quod prima istarum sedium in illa videlicet que est immediate ante rectorem et doctores et magistros sint et sedeant consiliarii supradicti in secundis vero inferioribus sedibus sint et sedeant alii religiosi et honestiores habitus seculares Ita quod quilibet secundum statum suum obtineat gradum sive locum debitum et concessum Nullus autem doctorum vel magistrorum seu consiliariorum postquam ad dictam missam venerit sedem suam deserat vel dimittat pro aliis missis particulariter audiendis nisi hoc fecerit de licentia rectoris petita primitus et obtenta Alii vero omnes supradicti stent et sedeant seu remaneant in suis sedibus primis vel secundis dictam missam audiendo et honorando iuxta ordinationem super hoc olim factam Etiam cum propter dictam missam audiendam et honorandam principaliter advenerint ipsam dimittere non debent Sed ipsam debent integre et perfecte

sedere cum doctoribus non licet nisi prelatis

audire ac principaliter pre ceteris honorare

De honore impendendo funibus doctorum magistrorum et baccall. et aliorum qui sunt vel fuerunt de studio thlanensi

Septimo Statuimus et ordinamus quod quando de cetero contingit mori vel etiam sepeliri aliquem doctorem vel magistrum actu legentem in dicto studio et in villa vel aliquem doctorem qui alias legerit ordinarie et pro se in studio tholosano dum tamen decedat vel sepelliatur in studio vel in villa ponantur in funere ipsius sex torticia et unus pannus cericeus seu aureus iuxta arbitrium rectoris qui tunc fuerit in studio supradicto et idem fiat si contingat mori et sepeliri in dicto studio sine villa Cancellarium tholosanum in illa vero die in qua sepelietur aliquis doctor vel magister vel baccallarius actu legens in iure canonico vel civili vel lector predicatorum vel minorum in studio predicto in hora qua sepelietur ne postea de tota die illa non legatur ordinarie nec extraordinarie nec disputetur nec repetatur in aliqua facultate et per scolas publice indicatur alias vacatio pro aliquo funere nullatenus indicatur nisi esset talis et tante excellentie quod iudicio rectoris de consilio et assensu consiliariorum super hoc simul vocatorum et congregatorum videretur vacatio indicenda

De missa pro deffunctis studii thlanensis in die sancti ylarii celebranda

Octavo Statuimus et ordinamus quod de cetero quolibet anno dicatur et celebretur solleniter una missa cum diacono et subdiacono in ecclesia predicatorum in festo sancti ylarii post sermonem nisi dictum festum eveniat in die dominica quo casu dicatur in crastinum dicta missa + habeantur torticia xii et unus pannus aureus seu cericeus prout rectori qui tunc fuerit videbitur ordinandum et ista missa pro omnibus doctoribus et magistris vel

festum sancti hylarii

+ post lectiones ordinariarias doctorum et in dicta missa

baccallariis et scolaribus qui fuerunt in et de studio
tholosano Et specialiter pro illis qui decesserunt
tholose vel alibi toto anno immediate preterito
quando dicetur dicta missa in quarum funere
vel sepultura non fuit universitas supradicta
Et generaliter pro omnibus qui quoque fuerunt
in et de studio thlano In dicta vero missa
teneantur interesse omnes doctores magistri
baccallarii et scolares Et ut melius dicte
misse valeant interesse indicatur per unam
diem antequam [illegible] dicatur dicta missa
in scollis studii per bedellum et si sit dies legibilis
non legatur Postea de tota die ordinarie nec
extraordinarie et etiam per bedellum publice
indicetur Et si de toto illo anno in quo dicetur
dicta missa decesserint aliqui doctores vel
magistri vel nobiles et notabiles persone qui
erant vel fuerant de studio supradicto in quorum
funere non fuerit universitas supradicta vel
quibus non fuit impensus honor panni vel
torticiorum pro aliis superius ordinatis scribantur
eorum nomina per aliquem de bedellis in dicta
missa post evangelium seu offerendum publice
nominentur et dicatur quod pro ipsis et aliis
omnibus que fuerunt de studio thlano Et
specialiter pro illis qui decesserunt anno illo
dicitur dicta missa

Nono de non legendo in diebus festivis vel quibus indicitur vel legatur

Nono Statuimus et ordinamus Ex
nullus doctor magister licenciatus baccall
vel scolaris legat nec aliquas scolas intret
causa legendi vel audiendi in aliquo die
dominico vel festivo nec etiam in aliqua alia

die sine hora postquam Iuditum fuerit per bedellum modo
debito et consueto quod illa die sine hora non legatur
ordinarie nec extraordinarie vel non mutetur Sed
sicut vacatio Iudita fuerit et ex causa et per scolas
publicata Ita ab omnibus observetur Et hoc
statutum teneantur servare omnes supradicti
virtute prestiti Iuramenti existentes ^ titularijs
vel qui legere voluerint decretalem firmiter
edimus decretalem cum marte seu alias decretales
vel decreta divine scientie materiam continentes

^ lege: exceptis

De cappis defferendis a doctoribus magistris sive baccallarijs

Decimo Statuimus et ordinamus quod de
cetero nullus doctor vel magister in aliqua
facultate legat aliquam lectionem ordinariam
vel extraordinariam nec disputet vel repetat
nec ad actum doctoralem vel magistralem
in scolis vel in cathedra scolarium exerceat
sine cappa manicata vel rotunda Hoc idem
ordinavimus et statuimus de licenciatis et
baccallarijs in iure canonico vel civili qui
legunt pro se vel pro alijs videlicet quod nullus
legat aliquam lectionem nec iuvisit disputationibus
vel repeticionibus doctorum aliquatenus sine
cappa et hoc teneantur servare dicti doctores magistri
licenciati et baccallarij virtute prestiti iuramenti
Eodem modo statuimus quod nullus baccallariorum
faciat nisi unam cappam nisi causa rationabilis
vel necessaria hoc expostat nec etiam hoc faciat
vel facere presumat nisi cum licencia rectoris
petita primitus et obtenta De magistris vero in
artibus statuimus et ordinavimus quod nullus
legat lectionem ordinariam de mane sine cappa
nigra clausa sine rotunda Et ideo sub iuramento

Nota

Cappa manicata vel rotunda seu clausa

in anno sine rotunda sive et manicata

Nota

Magistri in artibus servant cappam nigram

supradicto ordinatum fuit quod quilibet doctor magister
licentiatus vel baccallarius actu legens habeat
cappam manicatam vel clausam seu rotundam
minusque secundum statum ac condicionem sue
scientie vel persone. Item iuxta premissa
extitit ordinatum quod quilibet doctor magister
vel licentiatus vel baccallarius defferat dicta
cappam non solum in cathedra sed etiam in
sermone et in missa universitatis et ubicunque
universitas tamquam universitas fuerit vel
fuerit congregata. Item quod doctores in iure canonico
vel civili in predictis locis. S. in cathedra
et in scolis et in sermone et in missa vel ubicunque
dicta universitas fuerit congregata non tamen
modo cappam sicut supradictum est sed
etiam birretum continue vel saltem editer
defferre in capite teneantur ut ex hoc status
doctoralis honoretur et doctores a non
doctoribus discernantur. Item quod magistri et
baccallarii supradicti quando ibunt per villam
vel erunt in locis publicis continue vel saltem
communiter defferant cappam suam nisi forte ex
causa racionabili quando non sunt vel non
vadunt cum universitate predicta magis eis
expediens videatur defferre aliam vestem seu
alium habitum licitum et honestum.

De crastina concedenda vel non concedenda

Undecimo statuimus et ordinavimus quod
de cetero non detur vel non concedatur
alicui vel pro aliquo crastina nisi quando
aliquis magister in theologia vel doctor in
iure canonico vel civili faciet suum solenne
principium in studio predicto et tunc si intendat

Nota omnes non habuisse eandem cappam

Nª

Legere ordinarie in dicto studio Et faciat festum
solemne de principio suo tunc intelligatur dicta
crastina concessa ipso facto et dicta crastina
ab omnibus de dicto studio observetur Si vero
aliquis doctor non faciat principium sine festum
vel etiam si faciat festum de principio ita
quod non intendat legere ordinarie tunc dicta
crastina nullatenus concedatur Si autem
aliquis magister in artibus vel in gramatica vel in
medicina faciat principium suum cum intencione
legendi ordinarie in studio thlano tunc ipso facto
crastina sic concessa que crastina tantummodo a
gramaticis logicis et medicis observetur Item in aliis
casibus preterquam in premissis crastina nullatenus
concedatur Et hoc teneantur servare doctores et
magistri virtute prestiti iuramenti Quando vero
aliquis licenciabitur in theologia vel in iure canonico
vel civili nullus legat illa hora nec postea de
tota die illa nec etiam quando aliquis faciat
suum solemne principium in aliqua facultate
ita quod illa die qua aliquis licenciabitur solemnit
in ecclesia sancti Jacobi vel sancti stephani vel
faciet solemne principium post lectiones ordinarias
ab aliquo non legatur Sed omnes vaccare teneantur
Eue vaccatio per scolas publice indicatur

Magister in artibus vel in medicina vide fol. 120

Vacatio cum licentiatur.

licentiabantur in ecclesia sancti Jacobi vel sancti stephani

De vaccationibus natalis pasche et pen. et

1 studii

Duodecimo Statuimus et ordinamus ex
vaccationes natalis domini presertim in
iure canonico vel civili non durent nec procedantur
aliqua via de cetero concedantur nisi a vespera
natalis domini inclusive usque ad crastinum
circumsicionis domini exclusive vaccationes vero
resurrectionis domini et penthecostis serventur

Vaccaones

et teneantur prout alias fieri consuetum / Circa
vacationes vero grammaticorum vel logicorum per
istud statutum non intendimus aliquid immutare

De principiis baccall. et similibus eorundem

Tercio decimo statuimus et ordinamus
Quod omnes baccallarii in iure canonico vel
civili qui debent vel intendunt legere aliquod
volumen extraordinarium vel aliquem librum
decretalium in studio tholosano exceptis institutariis
seu baccallariis novis qui nondum alias legerunt
tanquam baccallarii omnes incipiant lecturam
suam simul. S. una et eadem die tercia videlicet
die post principium doctorum vel quarta / Si
interim dies dominica occurrat quilibet in scolis
suis vel in illis in quibus legere intendit et
hora qua debet legere vel aliqua alia competenti Et
nisi dicta die incipiat de toto anno illo non possit
incipere vel legere aliquem librum vel volumen
nisi forte ex infirmaretur vel alio necessario vel
probabili impedimento allegato et probato coram
Rectore / Saltem per proprium iuramentum dicta die
incipere dimisit / nec etiam ex tunc legere vel incipere
possit nisi hoc faceret de licencia et voluntate Rectoris
petita etiam et obtenta Illi autem qui legent codicem
vel etiam aliud volumen sive librum postquam
inceperint die superius assignata poterit differre
per aliquos dies ex causa processum lecture
libri vel voluminis inchoati si eis expediens
videatur / Item Si omnes baccallarii finem
imponere lecture sue in illis solum in quibus
communiter anno illo vel saltem circa finem lecture
suas legerint lectiones institutarii vero et illi
qui de novo et tanquam novi baccallarii habent vel

Intendunt incipere institutarii et illi qui volunt et
intendunt quartum vel aliquem alium librum
decretalium tanquam baccallarii non habeant ad
incipiendum certa tempora assignata. Primum
erit post festum omnium sanctorum usque ad xv
dies. Secundum vero tempus erit post octabas natalis
domini usque ad octo dies. Tercium et ultimum
tempus erit post octabas pasche domini usque ad octo
dies immediate postea subsequentes in aliis vero
temporibus non poterit nec debebit incipere aliquis
baccallarius in iure canonico vel civili quod si
aliquis contra facere voluerit nullatenus
admittatur nec per aliquem bedellum aliquatenus
publicetur. Et hoc teneantur tam baccallarii quam
bedelli observare per proprium iuramentum
verum ista que dicta sunt supra de
baccallariorum principiis faciendis non intelligunt
de illis qui habent legere extraordinarie pro
doctoribus vel extraordinarie ff. nom. nec de
illis qui habent legere tres [illegible] nec de illis
qui habent legere librum aut vel feudorum nec de
titullariis in iure canonico vel civili nec de
illis qui voluerint partem vel particulam vel
tractatum alicuius libri decretalium vel volumen
decretorum. De fine lecture certis terminis imponendo

Praelectionum finis.

Quartodecimo statuimus et ordinamus
ex omnes doctores legentes ordinarie
decretales finiant et finire habeant lecturam
suam infra octabas nativitatis beati Johannis
babtiste vel ad longius infra quindenam
ipsius nativitatis doctores vero in iure civili
quando legent codicem teneantur illum finire

[illegible] de illis qui habent legere tres libros

seu lecturam illius codicis terminare In festo beate
marie magdalenes vel ad longius infra festum
beati petri adminicula videlicet ante primam diem
augusti Quando vero legent ff vetus vel
lecturam ipsius ante festum assumptionis bte
marie vel saltem ante octab vel etiam in octab
teneantur perficere seu finire Et hoc facere
teneantur predicti doctores iuris canonici vel
civilis diebus seu temporibus supradictis per
proprium iuramentum vel sub pena viginti
librarum turon applicandarum universitatis
predicte vel luminaribus et aliis necessariis missa
superius ordinate Quam pecuniam rector exhigere
teneatur [illegible] iuramenti Infra quindecim dies
a tempore quo finem lecture sue imponere
debuit proximos computandos Quod nullus concurrat cum doctore in lectura

Quintodecimo statuimus et ordinamus
quod nullus baccallarius vel scolaris nec
licenciatus de mane vel de sero in aliqua
facultate eadem hora pro doctoribus assignata
in lectura sua vel alterius extraordinarie
legentis concurrere cum doctore vel magistro
ordinarie legente nec etiam in vesperis dicta hora
doctorum postquam ipsi doctores vel legentes pro ipsis
donec pulsetur a primo in prima pulsatione
vesperarum nec etiam aliquis de mane legat
vel concurrat in aliqua lectura extraordinaria
cum aliquo doctore eiusdem facultatis ordinarie
tunc legente Item iuxta premissa statuimus
et ordinamus quod de cetero non concedatur per
intervalla dierum in septimana alicui baccallario
vel scolari vel etiam doctori extraordinarie

vel

Et doctor qui prefixo tempore non imposuerit finem lecture sue solvere teneatur virtute prestiti

sub hora

Legenti q dimissis vel divisis vel dimidiatis
vel interpaulatis aliquibus diebus vel horis
in septimana possit extraordinarie legere aliquem
librum nec aliquam lectionem in horis ipsis
doctoribus assignatis Et hoc quilibet predictorum
servare teneatur virtute prestiti juramenti
Ista vero duo statuta immediate precedentia
non ligent aliquem citra festum beati
Luce proximum appropinquans

De presentatione ad doctoratum in decretis faciendum

Sexto decimo Statuimus et ordinamus
q de cetero nullus baccallarius quantumcumque
audiverit vel legerit decretales presentetur seu
examinetur ad doctoratum obtinendum in decretis
nisi constet saltem per proprium juramentum
q ipse audiverit in studio et in scolis a doctore
vel baccallario totum decretum vel maiorem
partem ipsius Et si talis forte per aliquem presentetur
non examinetur per doctores predictos actu
legentes cum eo ipso q dictum decretum non
audiverint vel maiorem partem ipsius ad
doctoratum recipiendum in decretis minus
sufficiens reputetur nisi forte dictum
decretum per tantum tempus legerit q merito
sufficiens debeat reputari predictum ante
juramentum prestetur cancellario vel rectori
in presentia eiusdem et doctorum eiusdem facultatis
quando assignabuntur puncta vel antequam
examinetur Et hoc omnes doctores juris
canonici servare teneantur per prestitum
juramentum Per hoc autem non
intendimus domino cancellario vel juri
ipsius in aliquo derogare ymo ex hoc

Nemo fit doctor in iure canonico quin prius audiverit maiorem partem Decreti

Rector. Punctorum assignatio

Intendimus honor ipsius et utilitati dicti studii
providere De supplicatione super aliis presentationibus domino episcopo facienda

Decimo septimo Statuimus et
ordinamus Et super presentationibus
faciendis ad doctoratum vel ad magisterium
obtinendum in qualibet facultate et super
presentatis per dominum cancellarium admittendis
ac super examinationibus faciendis supplicetur
domino episcopo thlano quod servetur ordinatio et
concessio facta et concessa super premissis
per Innocentium in privilegio concesso per ipsum
studio thlano Et ista supplicatio fiat ut citius
fieri poterit comode per rectorem doctores et magistros
seu ex parte ipsorum vel ex parte universitatis
dicto domino episcopo thlano ut ipse propter honorem
et utilitatem studii supradicti dictam ordinationem
et concessionem per dominum cancellarium et dictos
doctores et magistros faciat observari et illud quod
in dicto privilegio de doctoribus in decretis seu
in iure canonico faciendis statuit Idem de
doctoribus in iure civili faciendis in dicto studio
observetur Clausula autem dicti privilegii in
qua dicta ordinatio sive concessio posita in
hunc modum in dicto privilegio continetur volentes
igitur quod tam fidelis plantatio apostolice sedis
conferta muneribus exculta studiis dispensata
digni favoris auxiliis robur accipiat et perfectum
Circa statum scolarium et scolarum civitatis
eiusdem iuxta felicis recordationis gregorii pape
predecessoris nostri ab ipso magistris et scolaribus
parisiensibus statuta concessa hec statuimus
observanda videlicet quod quilibet cancellarius

Cancellarij iuramentum

tholosanus deinceps creandus coram epo. tholosano vel de eius dato in capitulo
vocatis ad hoc per universitatem scolarium
duobus magistris in sua institutione iurabit
q ad regimen theologie ac decretorum secundum
loco et tpre conscienciam suam secundum statum civitatis
et honorem ac honestatem facultatem ipsarum
licenciam non nisi dignis largietur non admittat indignos
patriarum et nationum acceptione submota
Ante vero q quemquam licenciet infra tres menses
a tempore predicte licen tam ab omnibus magistris
theologie quam ab aliis viris honestis et legitimis
per quos veritas sciri possit de vita sciencia et
facundia necnon et proposito et spe proficiendi ac
aliis que sunt in talibus requirenda diligenter
inquirat et inquisitione sic facta quid deceat et
quid expediat bona fide det vel neget secundum
conscienciam suam petenti licenciam postulatam
Magistri vero theologie ac doctores quando incipient
legere prestabunt publice iuramentum q super
premissis fidele testimonium perhibebunt
Cancellarius vero iurabit q omnia consilia
magistrorum in malum eorum nullatenus revelabit
thle canonicis libertate ac iure incipiendo habitis
manentibus in sua firmitate de phisicis vero et artistis et
aliis Cancellarius bona fide permittet examinare
magistros et non nisi dignos admittens indignos
repellet De non legendo post pulsationem campane vel post finem ipsius

Decimo octavo Statuimus et ordinamus
Ex nullus doctor magister licenciatus
vel baccallarius vel aliquis legens pro ipsis
sit ausus legere post pulsationem campane
que pulsatur pro terminanda illa hora qua

tunc legitur et alia hora inchoanda in qua debet
alii legere vel intrare. Sed statim quando incipiet
suam pulsare dimittant quilibet seu terminent
lectionem. Et si forte quando incipiet pulsare
velit aliquid inceptum complere illi qui tunc
legent poterunt facere tantummodo usque ad finem
campane. Ita tamen quod post finem campane
illud etiam quod est inceptum vel inchoactum non
perficiant nec legant etiam unum verbum postquam
certi vel certificati fuerint de pulsatione
dicte campane. Sed postea in sequenti lectione
poterunt quod diviserunt resumere proficere vel
complere si eis utile vel expediens videatur. De pulsatione campane post vesperos facienda

De anno nono statuimus et ordinamus
Et de cetero pulsetur dicta campana post
horam doctorum videlicet postquam intraverint
doctores quando legerint vel perfecte poterunt sua
legisse lectionem hora rationabili estimata
prout rector secundum diversa anni tempora de
voluntate et consilio doctorum iuris canonici et
civilis dictam horam duxerit assignandam dicta
tamen hora seu pulsatio taliter assignetur quod
propter pulsationem dictam vel lecturam alicuius
post dictam pulsationem legere volentis dicta hora
nullatenus brevietur nec etiam dicta pulsatio
anticipetur nec propter dictam pulsationem vel
pulsationis anticipationem doctoris in processu
suo possint aliquatenus impediri nec etiam
retardari. Et ut melius et magis ordinate
pulsatio dicte campane circa horas in quibus
debet pulsari observetur fuit statutum et
ordinatum quod ille qui ad dictam campanam

pulsandam fuerit deputatus iuret quod ipse horas
pulsandi fideliter obseruabit nec abreuiabit
scienter vel retardabit horam pulsandi nisi ex parte
vel rectoris nisi de certo mandato ipsius sibi fuerit
dictum vel etiam intimatum

De substitucionibus faciendis a doctoribus vel magistris

Vicesimo statuimus et ordinauimus ex
nullus doctor vel magister possit substituere
in lectura sua hora matitudinali aliquem nisi
doctorem vel magistrum sue facultatis nisi ad
longius per vnum mensem seu per triginta dies
vtiles nisi in casu vbi vel quando non
poterunt inuenire et habere doctorem vel magistrum
sue facultatis qui pro eo posset et vellet legere de
quo prius fidem faciat per proprium iuramentum
et tunc poterit ad tempus aliquem licenciatum
si inueniat sibi substituere de ipsius rectoris
consilio et assensu et hoc a doctoribus seruetur
et teneatur virtute prestiti iuramenti

De ordine librorum in iure ciuili a baccall. obseruando

Vicesimo primo statuimus et
ordinauimus ex de cetero baccallarii in
legibus incipientes ab institucionibus legant libros
suos per ordinem sine saltu s. 3o anno c. vel
ff. vetus secundum quod erit cursus tercio vero alterum
eorum non lectum quarto ff. nouum eminto
et vltimo inforciatum ita tamen quod lecta
instituta et altero de ordinariis tercio anno loco
secundi ordinarii possint legere extraordinarie
ff. noui vel tres partes inforciati et iste ordo
per dictos baccallarios in dicto studio de cetero
inuiolabiliter obseruetur

De numero librorum quos debent legere baccallarii in iure ciuili

Vicesimo secundo statuimus et
ordinauimus ex omnes baccallarii

Legentes in iure ciuili teneantur in anno legere certos libros videlicet illi qui legunt inforciatum nouem vel saltem ad minus octo libros infor^ti legere teneantur. Illi vero qui legunt ff. nouem septem vel saltem sex libros ipsius ff. teneantur legere seu complere. Illi vero qui legunt C. tres libros ipsius codicis legere teneantur. Illi autem qui legunt Institutum teneantur ex toto perficere et complere antiquitatibus ipsius si dicti baccallarii voluerint pretermissis alioquin dicti baccallarii de cetero non reputentur ordinate vel perfecte sua volumina sine suum cursum legisse nec etiam complevisse nisi predictos libros legerint secundum numerum et ordinem supra ordinatum

De disputationibus doctorum et de respon baccallariorum

Vicesimo tercio Statuimus et ordinamus et disputationes que fiunt per doctores in iure canonico vel ciuili in studio supradicto non durent nec protendantur nisi per unam diem. Et hoc teneantur seruare dicti doctores per proprium iuramentum. Et ut melius questionibus que fiunt in dictis disputationibus per baccallarios responderi valeant. Et ut antiquiores preceteris in dictis questionibus aliquatenus honorentur. Et ut propter multitudinem respondentium seu respondere volentium dicte disputationes plus debito prorogentur fuit statutum et ordinatum quod nullus baccallarius respondeat disputationibus supradictis nec sibi aliqua questio assignetur per aliquem doctorem disputantem seu disputare volentem nisi legerit per triennium. Ille cui aliqua questio seu ipsius responsio in dictis disputationibus

Baccalaurei legum per triennium ante quam respondeant.

committetur post triennium vero lecture poterit de
quacumque questione sibi per doctorem commissa
in dictis disputationibus respondere iuxta
premissa etiam statuimus et ordinamus quod
ordo disputationum et responsionum in dicto
studio servetur et teneatur secundum quod in
antiquis statutis dicti studii est statutum et
prout in ipsis statutis melius continetur

De concurrendo in lectura cum doctore in estate

Vicesimo quarto Statuimus et
ordinamus Et si quis doctor in iure
canonico vel civili postquam tempore superius
assignato finierit lectiones seu finem imposuerit
lecture sue si postea legere voluerint in estate
de mane nullus baccallarius vel scolaris eiusdem
facultatis concurrat cum ipso in lectura nec in
hora saltem usque ad horam prime quando videlicet
pulsatur dicta prima in ecclesia de aurate

pulsatio horae in ecclesia de aurata

Post autem dictam horam prime vel dictam
pulsationem quilibet baccallarius potest legere
et etiam in hora concurrere cum doctore
nisi quando aliquis doctor voluerit legere
vel repetere cum oppositis et quesitis in qua
hora nullus baccallarius nec scolaris eiusdem
facultatis poterit concurrere cum doctore Et
hoc teneatur quilibet servare per proprium iuramentum

De principio magistrorum vel lectorum in theologia vel legentes decretum

Vicesimo quinto. Statuimus et
ordinamus Quod quando aliquis magister
in theologia vel lector predicatorum vel minorum
de novo venit ad studium ad legendum in dicto
studio fuerit deputatus in die qua faciet
suum principium seu incipiet lecturam suam
de tota illa die post lectiones ordinarias ab

aliquo non legatur eodem quoque modo. Fuit
statutum et ordinatum de decreto quando aliquis
doctor de novo incipiet legere dictum decretum
cum intentione continuandi dictum decretum
nullus doctorum vel baccallariorum intret de tota
die post lectiones ordinarias nec legat aliquem
lectionem. Pro alio vero principio postea faciendo
durante lectura inchoata nec pro disputatione
vel responsione per ipsum postea facienda vel
finem imponendo nulla baccatio doctoribus
indicatur in illa vero die in qua ille qui
leget ordinarie decretum vult incipere vel
resumere vel finire lecturam dicti decreti
nullus baccallarius debet eadem hora cum
ipso concurrere nec de mane dicta die lecturam
aliquam incipere vel finire. De filiolis faciendis vel non faciendis

Vicesimo sexto statuimus et ordinamus
ex de cetero nullus doctor vel magister actu
legens sive regens in aliqua facultate in studio
thlano nec etiam aliquis religiosus vel in
dignitate constitutus nec canonici kathedralium
ecclesiarum vel collegiatarum nec rectores
parrochialium etiam faciant filiolos vel
filiolas seu comatres per suspectionem a sacro
fonte in civitate tholosana nec in continentibus
edificiis seu bastitis quamdiu erunt in studio
supradicto nisi in casu necessitatis vel periculi
evidentis nec aliquis predictorum sit vel vadat
cum aliis quando faciant vel facere voluerint de nefarie ponit de batis
filiolos supradictos. Et hoc teneantur servare
virtute prestiti iuramenti. Item sub iuramento

Sunt statutum et ordinatum Quod si aliquis baccallarius
vel scolaris de studio supradicto qui non sit de personis
superius nominatis voluerit facere filiolos vel
filiolas in civitate thlana non presumat ire nec
accedere ad aliquem filiolum faciendum nisi se
decimo nec aliqui ultra predictum numerum ille
qui voluerit facere aliquem filiolum vel filiolam
duxerit eligendos sit ausus cum ipsis accedere nec
cum ipso vel ipsis eundo ad ecclesiam cum filiolo
vel redeundo ad domum compatris vel commatris
aliquatenus interesse. De peciis seu exemplaribus corrigendis

Vicesimo septimo Statuimus et
ordinavimus Quod de cetero quolibet anno
in principio studii creato rectore et electis seu nominatis
consiliariis eligantur et statuantur alique certe
persone sufficientes et discrete que videant petias
seu exemplaria que tenentur in stationariis vel
in aliis locis pro libris scribendis vel faciendis
maxime pro faciendis vel scribendis libris illis
qui ordinarii et magis necessarii reputentur Et
inspiciant si supradicte petie sunt viciose vel corrupte
Si procuretur per ipsos vel ordinetur quod predicti
stationarii obligent se per iuramentum vel per aliam penam
vel aliquo alio modo quod non teneant petias viciosas
vel corruptas Sed veras et correctas specialiter in
libris ordinariis ut superius est dictum Taliter quod
ex peciis vel exemplariis viciosis vel corruptis
non possit provenire aliquod damnum illis qui
faciunt scribi vel corrigi libros suos cum peciis
vel exemplariis supradictis cum hoc valde sit
necessarium doctoribus baccallariis et scollaribus

et ultra illos quos iuxta predictum numerum

librarii iurant universitati

In studio supradicto existentibus et multa damna
euenerunt seu acciderunt pro petijs seu exemplaribus
non correctis. De vigilijs festorum et lectionibus in vesperijs legendis

Vicesimooctauo Statuimus et
ordinauimus ex doctores et magistri in vigilijs
sanctorum seu festiuitatum in quorum vesperis
debet vel consueuit interesse possint intrare et legere
de sero antequam vespere dictarum festiuitatum
seu vigiliarum dicantur vel ante vesperos supradictos
Ita quod pro hora doctorum aliquantulum pulsetur
campana vniuersitatis magis tempestiue quam alijs
diebus Et tunc poterunt intrare dicti doctores vel
legentes pro ipsis non obstantibus vigilijs supradictis
Post introitum vero ipsorum quando pulsabitur
communiter ad vesperos per villam pulsetur interim
campana vel saltem post finem ipsius non legant
etiam vnum verbum Sed statim descendere teneantur
nec postea legatur de tota die illa per aliquem
doctorem vel baccallarium vel scolarem et quilibet
predictorum istud. S. in dicta hora vel pulsatione
descendere et postea non legere seruare teneantur
virtute prestiti dum tamen de dicta pulsatione
fuerint certi vel certifficati Et cum in vesperis
ipsius festiuitatis dicta vniuersitas debeat
interesse tunc. S. dicta hora quilibet doctor vel
magister honorabilius et cum maiori comitiua
videlicet cum suis scolaribus seu auditoribus
poterit ad dictos vesperos accedere et ad honorem
dicte festiuitatis dictos vesperos honorare et sic ex
hoc vtilitas scolarium subsequetur et nullum
preiudicium ipsi festiuitati quod absit Ipsogabitur
immo ex hoc ipsa festiuitas amplius poterit

oto in villam collegio pulsetur ad

oto in iuvati

honorari et ipsa universitas congregari in aliis
vero vigiliis in quibus legitur de mane in quorum
vesperis universitas non consueuit congregari
nec dictis vesperis interesse legatur in vesperis
et pulsetur campana et exeant legentes prout
de aliis diebus seu vigiliis est superius ordinatum

De ordine et reuerencia sedendi et incedendi inter doctores et magistros

Vicesimonono Statuimus et ordinauimus
et etiam addimus ad illa que sunt superius
ordinata circa missam beate marie que dicitur
die dominica in ecclesia predicatorum videlicet quod
in sede doctorum vel magistrorum circa ordinem
sedendi sive standi talis ordo et talis reuerencia
obseruetur. S. quod rector sedeat in cathedra in medio
doctorum et magistrorum sicut est actheus
fieri consuetum nisi cancellarius esset ibi
presens cum rector dicta die cedere teneatur
a latere vero dextro ipsius rectoris primo
debent esse et cedere prelibati et magistri lectores
in theologia si ibi fuerint tunc presentes Secundo
debent esse doctores decretorum Tercio doctores
legum ita quod inter ipsos ordo prioritatis et
posterioritatis secundum tempus doctoratus vel
lecture ad inuicem obseruetur nisi propter
reuerenciam vel propter curialitatem quam unus
alteri vult deferre vel alter alterum ad inuicem
honorare inter canonistas vero ille qui legit decretum
debet stare prealiis vel sedere nisi ex causa vel
ex curialitate alios vel aliquem aliorum voluerit
honorare A parte vero sinistra ipsius rectoris
debent primo esse magistri in medicina Secundo
magistri in artibus Tercio magistri in grammatica
ita quod inter ipsos debet seruari ordo prioritatis

Nota que forma obtinet in sedendo in scamnis

Nota

magistri in artibus priori loco sedet, posteriori grammaticus

et posterioritatis secundum tempus magri vel
lecture nisi causa curialitatis vel honor quod
unius alteri vult deferre vel ex causa alterum
honorare sicut supius est de doctoribus ordinatum
In aliis vero locis ubicumque sit vel vadat universitas
supradicta eundo vel redeundo secundum premissa
poterunt et debebunt ad iuncem ordinari Et
seriatim seu ordinatim accedere vel venire
et in ecclesia vel alibi residere nisi ex aliqua
causa rationabili dictus ordo aliter mutetur
vel etiam ordinetur Qualiter autem et quando
debeant ire doctores magri et scolares ad funera
illorum qui sunt vel fuerunt de dicta universitate
dicti studii plenius continetur De iuramento alegentis prestando et eius interpretatione seu declaratione et de statutis in loco patenti positis

Tricesimo Statuimus et ordinamus quod
nullus doctor magr licenciatus baccallarius
scolaris cuiuscumque facultatis admittatur in
tholosano studio de cetero ad legendum ordinarie
vel extraordinarie nisi prius iuret super sancta
dei euangelia tenere statuta studii secundum formam
in tricesimo octavo statuto infrenis annotatam
Hoc autem iuramentum intelligitur de illis statutis
que per iuramentum seu sub virtute iuramenti
precipiuntur principaliter obseruare predictum
autem iuramentum ita fuit statutum et ordinatum
ut non ligaret aliquem nec astringeret nisi veniret
contra dicta statuta continuaciter vel scienter etiam si post
habita sciencia vel certitudine de dictis statutis
faceret aliquis contra ipsa statuta non aduertendo
acta vel non recolendo de ipsis statutis vel de
aliquo ipsorum vel de iuramento fuit dictum

statutum et declaratum quod propter hoc nullus
incurreret periurium nec posset dici fractor prestiti
iuramenti. Quintamen quando sciet vel adverteret vel
ad memoriam reducet statim velut citius comode
poterit cesset et abstineat ab illo vel ab illis
quod vel que faciebat vel attemptabat contra
dicta statuta que debent seu precipiuntur servare
sub virtute prestiti iuramenti. Et si unquam alicui
obiciatur periurium propter transgressionem predictorum
statutorum et verteretur in dubium utrum scienter
vel ignoranter advertendo recolendo vel non
recolendo venisset contra predicta statuta fuit
statutum et ordinatum quod super ignoranciam vel
super huiusmodi dubium staretur conscientie
cuiuslibet cui conscientie super hoc duximus
quemlibet requirendum ita quod quilibet per iuramentum
proprium super hoc posset fidem facere. Et si necesse
esset de periurio se purgare et sub ista condicione
seu sub isto intellectu precipitur et prestatur
huiusmodi iuramentum. Ne vero propter
ignoranciam dictorum statutorum aliqui differant
iurare vel postquam iuraverint possint deierare
fuit statutum et ordinatum. Ex nova statuta et
vetera seu antiqua ponantur et religantur in
scriptis in aliquo libro vel caterno in cathenato
vel clavellato in columpna lapidea ubi cantatur
in die dominica missa superius ordinata vel alibi
taliter quod quilibet possit illa statuta legere et
videre. Maxime illa que debent per iuramentum
seu sub virtute iuramenti iam prestiti ille qui
erit rector in principio studii proximi tunc instantis

obseruari

Hoc autem facere et procurare teneatur virtute iam prestiti iuramenti
Ille qui erit rector in principio studii proximi tunc instantis

Et si forte dictus rector si haberet unde hoc solueret
vel ad soluendum aliud remaneret fuit statutum
quod ille qui erit rector immediate post ipsum soluere
et satisfacere teneatur De iuramento prestando a rectore ille qui rector fuerit ante eum

Tricesimo primo Statuimus et ordinauimus
Ex de cetero rector dicti studii postquam fuerit
creatus cum effectu infra viii dies vel ut citius
comode poterit legat seu legi faciat statuta studii
et ordinationes maxime statuta illa que fuerunt
facta et ordinata inter dominum cancellarium et
universitatem de voluntate et assensu reuerendi
in xpo patris domini G. dei gratia episcopi thlam que
incipiunt in hunc modum Nouerint universi
et cetera. Item statuta ista de nouo facta que
incipiunt ad honorem dei Et predicta statuta
quamdiu erit rector faciat quantum comode poterit
inuiolabiliter obseruare et penas pecuniarias seu
oblationes seu multas de voluntate et assensu
dicte universitatis appositas et prefixas in predictis
statutis petat et exhigat seu peti et exhigi faciat
et iura ac libertates universitatis custodiat et conseruet
et custodiri ac conseruari faciat quantum comode
poterit ad honorem et utilitatem ipsius universitatis
ac studii tholosani et hec que continentur in isto
statuto seruare et facere teneamur quicumque
rector fuerit de cetero in studio supradicto per
proprium iuramentum virtute iam prestiti
iuramenti prestare teneantur in die creationis
sue illi qui immediate rector fuerit ante ipsum
vel tenentem locum ipsius Et si forte dictus rector
non fuerit presens in die creationis sue hoc idem

Quae statuta legenda supra folio 15 versus

facere teneatur quandocumque post receptum officium rectorie extiterit requisitus Et hoc salvo iuramento quod dictus rector prestare debet antequam utatur officio suo domino cancellario tholosano cui per hoc non intendimus in aliquo derogare

De punctorum assignantium electione

Tricesimo secundo Statuimus et ordinamus quod de cetero quolibet anno in principio studii in prima congregatione que fiet per rectorem post principium doctoris vel ante si magis expediens videatur statuentur et ordinentur per ipsum rectorem de consiliariorum consilio et assensu duo doctores unus in iure canonico et alter in iure civili et duo baccallarii in iure canonico et duo in iure civili qui certa puncta teneantur doctoribus ordinarie legentibus fideliter assignare ita quod canoniste puncta iuris canonici legiste vero punctam iuris civilis ordinent et assignent Primum punctum assignent usque ad nativitatem domini Secundum post vaccationes natalis domini usque ad carnisprivium Tercio usque ad vaccationes septimane sancte ac resurrectionis dominice Quarto usque ad festum pentecostes Quintum et ultimum usque ad finem librorum usque ad terminum pro fine imponendo superius assignatum nisi dicta puncta pro termino immobilis vel festa immobilia voluerint assignare quod poterunt si magis videatur utilitati scolarium expedire et predictam punctorum assignationem faciant et facere teneantur dicti doctores et

baccallarii ad hoc deputati sub virtute prestiti
Juramenti secundum deum et Justum arbitrium eo
meliori modo quo poterunt ad utilitatem communem
scolarium quam punctorum assignationem in
scolis iuris canonici et civilis faciant postquam
facta fuerint publicari

De pena bedellorum si non sint ubi fuerint universitas congregata

Tricesimo tertio Statuimus et
ordinamus Quod bedelli sint et esse teneantur
in sermone prima missa universitatis et ubicumque sit
vel vadat et congregetur universitas supradicta
et si defficiant ubi fiat vel fuerit universitas
supradicta quilibet ipsorum pro qualibet vice
si contrarium fecerit quinque solidos turonenses
universitati solvere teneantur nisi ex causa
rationabili aliquis ipsorum non tamen ambo
licentiam obtinuerit a rectore vel nisi necessitas vel
casus infirmitatis aliquid ipsorum vel etiam
ambos merito excusaret

De pena bedellorum si aliquem rebellem vel iurare nolentem presumpserit iudicare

Tricesimo quarto Statuimus et
ordinamus Quod si predicti bedelli vel aliquis
ipsorum aliquem quem scierint non iurasse
vel alias rebellem statutis vel rectori cum iuramento
factis induxerint vel eius cedulam in scolis publice
legerint viginti solidos turon. universitati solvere
teneantur pro qualibet vice in qua hec ausi
fuerint attemptare Etiam pecuniam si ad mandatum
rectoris solvere voluerint infra competentem
terminum per dictum rectorem eis assignandum
Cum tamen de hoc constiterit dicta pecunia
duplicetur Etiam pecuniam dictus bedellus
seu bedelli virtute prestiti iuramenti solvere

et Rector exigere teneatur De communijs licenciatorum et baccall.

Tricesimo quinto Statuimus et ordinamus quod nullus baccallarius licenciandus in aliqua facultate in die licencie sue nec etiam ante rationem dicte licencie audeat communium seu festum prandij seu comestionis per modum communij facere nec aliquem de studio seu de villa ante obtentam licenciam immitare nec etiam bedelli nec banquerij veniant dicta die in domo dicti licenciandi vel licenciati ad comedendum nisi per ipsum immitati fuerint seu vocati quos licenciatus immitare poterit vel vocare non obstantibus superius ordinatis Item eodemmodo statuimus et ordinamus quod institutarij et illi qui de novo incipiunt legere tanquam baccallarij novi aliquem librum decretalium in die in qua erunt baccallarij novi vel incipiant tanquam baccallarij novi vel etiam ante rationem dicti baccallariatus vel principij non faciant communium vel festum prandij vel comestionis per modum communij non presumant ante principium suum in dicta die vel ante hac de causa aliquem de villa vel de studio immitare de bedellis vero et banquerijs in isto casu idem observetur quod circa ipsos de licenciatis est superius ordinatum De banquarijs scolarum quod debent baccallarijs indicare

Tricesimo sexto Statuimus et ordinamus quod banquerij cuiuslibet auditorij teneantur intimare et nunciare baccallarijs qui legunt in ipsis scolis vel sub doctore illius auditorij congregaciones faciendas vacationes repeticiones et disputaciones inditas in ipsis scolis publice per bedellum illas videlicet disputationes vel

Repeticiones que habent fieri in iure canonico vel ciuili et hoc
taliter et tali tempore sine hora — Intiment supradicta
seu nuncient baccallariis supradictis quod illud quod dicti
baccallarii debent scire non valeant ignorare Et hoc
obseruare teneantur dicti banquerii virtute prestiti iuramenti
sub pena xii. den. turon. quos pro qualibet vice in qua
predicta obmiserint facere ipsi vniuersitati soluere
teneantur per prestitum iuramentum infra quindecim
dies postquam per rectorem extiterint requisiti Et vt melius
hoc valeat obseruari fuit statutum et ordinatum vel
potius innouatum Ex quilibet baccallarius vnum et
certum doctorem in principio studii vel lecture sue
debeat profiteri sub quo incipiet sine legat ne aliquis
in studio sine doctore vel capite videatur De banquerio maiori quod in pri. doc. sic vnus de baccall.

Tricesimo septimo Statuimus et
ordinauimus Ex quando aliquis doctor in iure
canonico vel ciuili faciet suum solemne principium
vel quando recipiet insignia doctoratus tantum de
cetero dare teneatur banquerio maiori seu officio banquerii
quantum dabatur vni vel alteri bedellorum et hoc fundetur
pecunia sine vestes De forma iuramenti scolarium et etiam aliorum

Tricesimo octauo Statuimus
et ordinauimus Ex saluo iure et honore domini
episcopi tholosani et ecclesie thlane et cuiuslibet alterius
superioris super istis et aliis statutis studii tholosani
presertim cum iuramento factis fideliter obseruandis
prestetur iuramentum ab omnibus doctoribus et
magistris licentiatis baccallariis et scolaribus
qui sunt vel de cetero erunt de ipsa vniuersitate
studii supradicti forma vero iuramenti quam
prestare quilibet tenebitur talis erit Saluo

n^a

1° alteri

1^{tt} cancellarii

Iure et honore dni epi tholosani cancellarii et ecclesie thlanen
et cuiuslibet alterius superioris quod statuta studii thlanen
que incipiunt Noverint universi. Et ista nova que
incipiunt Ad honorem dei. Illa que sunt cum iuramento
vel per iuramentum seu virtute iuramenti precipiuntur
observari bona fide servabo quamdiu ero in studio et de
studio thlano et quantum ad me spectant et
spectare poterunt in futurum. Alia vero statuta
que sunt facta et ordinata sine iuramento promitto
bona fide sine cum iuramento simpliciter observare.
Iuramentum vero in isto statuto positum seu forma
ipsius intelligitur seu debet intelligi secundum illa que
in tricesimo statuto sunt superius ordinata et etiam
declarata.

De scribendis nominibus iurantium et de pena bedellorum rebellium seu iurare nolentium

Tricesimo nono statuimus et ordinamus quod
de cetero habeatur unus liber per rectorem in quo
ponantur et scribantur nomina illorum qui iuraverunt
vel iurabunt secundum formam supradictam et ad
unam partem ponantur nomina doctorum et ad aliam
partem ponantur nomina licenciatorum baccallarii
et consiliariorum et ad aliam partem nomina religiosorum
Et postea ad aliam partem nomina aliorum vel aliter
videlicet cuiuslibet doctoris actu legentis seu regentis
et omnium illorum qui sunt de auditorio suo
ponantur seu scribantur ad unam partem ipsius
libri vel alias taliter dicta nomina ordinentur seu
scribantur quod de facili nomina eorum valeant inveniri
qui dictum prestiterint iuramentum ut si casus
contingerit quo ea dicta universitas necessaria
esset sibi tanquam iurato et tanquam fideli suo atque
membro suo in suis negociis ac necessitatibus

Rector habere debet omnia nomina graduatorum.

Ipsa vniuersitas subueniret. Verum si qui forte fuerint
qui iurare noluerint sicut est supius ordinatum eorum
nomina ad partem dicti libri ponantur ut si casus
accideret in quo ipse beneficio vel auxilio dicte
vniuersitatis vel priuilegiorum ipsius in aliquo
indigent ipsa vniuersitas sui tanquam rebelli merito
denegaret. Et si aliquis talis inueniatur tanquam
rebellis ab omnibus euitetur. Ita quod si fuerit doctor
magister licen vel baccallarius nullus de vniuersitate
predicta ipsius audiat lectionem nec aliquis tale
substituat nec extraordinarium nec aliquam lectionem
sibi committat. Si autem fuerit scolaris et monitus
legitime iurare noluerit tanquam rebellis euitetur in lectionibus
et in scolis a quolibet doctore hoc sciente vel
licenciato baccallario seu magistro et hoc intelligere
quamdiu tales erunt in rebellione vel pertinacia
prestandi iuramentum supius ordinatum.

auxilium

Excomunicationis species.

De vestibus et pannis studentium in studio thano et de precio vestium predictarum

Quadragesimo et vltimo statuimus
et ordinauimus seu ordinationem et
statutum fecimus super vestibus sine pannis in
supradicto studio a doctoribus magistris licenciatis
baccallariis et scolaribus defferendis quod statutum
seu ordinationem fecimus constituimus et
ordinauimus ad instantiam et requisitionem
multorum de vniuersitate et ad vltimum de
consilio et voluntate consiliariorum et tocius
vniuersitatis seu illorum qui totam vniuersitatem
representabant et qui habebant vocem et potestatem
super hoc omnium aliorum cuius statuti sive
ordinationis tenor talis est.

Cum vestium superfluitas per sanctos
patres ac sacros canones in clericis

Reprobetur ac humilitas commendetur cum etiam propter
superfluitatem vestium quam actenus facere consuerunt
clerici et scolares in studio tholosano residentes non solum
ipsis clericis et scolaribus dispendia sed toti studio
multa pervenerunt detrimenta ex eo videlicet quod
multi dictam superfluitatem vestium aborrentes
ipsorum quidem sumptus immoderatos non immerito
formidantes venire ad dictum studium recusarunt
et ad alia non tam sumptuosa studia accesserunt
multique ad dictum studium accedantes propter
cultum ac sumptus ipsarum vestium a dicto
studio recesserunt nonnulli etiam in dicto studio
existentes non solum pecuniam ex qua in dicto
studio venire ac remanere poterant et debebant
ymo quod gravius est libros suos cum quibus et in
quibus studere ac proficere proponebant in dictis
vestibus expendentes seu potius consumentes
multotiens ante finem librorum a dicto
studio recesserunt et cum pecunia consumpta
et substantia exinanita ac libris non solum
suis sed etiam alienis aliquotiens impignoratis
venditis distractis totaliter vel amissis pro
pannis et vestibus supradictis non possent
sine verecundia vel confusione in dicto studio
cum aliis remanentibus ac proficientibus remanere
Idcirco nos B. de turre prior de rabistagno
doctor decretorum ac rector studii thlam
unacum aliis doctoribus dominis et magistris
regentibus in studio supradicto quorum nomina
inferius continentur de consiliariorum consilio
1 et de voluntate et assensu et etiam totius universitatis studii
prelibati volentes premissis prout est possibile

obviare et circa premissa salubre remedium adhibere
certum precium dicti pannis et vestibus duximus
apponendum ut per certum precium ac taxatum ipsa
reprobanda vestium superfluitas refrenetur et
aprobanda ipsarum vestium mediocritas in dicto
studio teneatur. Precium vero predictum fuit
prefixum appositum et taxatum ita videlicet quod
canna panni de quo doctores magistri licen baccalarii
et scolares facient vestes suas ad defferendum in
scolis et per villam viginti solidos vel ad amplius
viginti quinque solidos turon parvorum aliquatenus
non excedat et quod canna panni habeat in longitudine
octo palmos secundum consuetudinem thle et si alibi
maior vel minor inveniatur emptor vel ille qui de
ipso panno vult vestem facere extimet eam secundum
suum arbitrium iuxta mensuram predictam super
quo sua conscientia remaneat onerata et quod dictus
pannus habeat in amplitudine quinque palmos cum
dimidio et si strictior fuerit dictus pannus restrictio
et extimatio possit fieri pro rata panni et precii
pretaxati ita quod facta compensatione panni et
precii secundum amplitudinem et restrictionem et
longitudinem ipsius panni et vestis facte seu
facienda de dicto panno nullatenus propter
restrictionem ipsius carior habeatur nec super
hoc fraus aliqua committatur. Et si forte aliquis
venditor vel mercator pro remuneratione seu ca
impensi vel impendendi servicii gratiam emptori
de dicto precio facere voluerit ille qui dictum
pannum emptorus est vel qui de ipso vult facere
vestes supradictos dictam gratiam non recipiat
nisi usque ad quod capitale non accedat pretium

supradictum Preterea fuit ordinatum Ex omnes magri
licenciati baccallarii et scolares defferant vestes suas
usque ad pretium supradictum ubique per civitatem vel
in civitate et in conventibus edifficiis dicte civitatis
extra hospicia sua vel etiam aliorum videlicet infra
hospicia predicta vel exterius extra ipsa usque ad
viginti hospicia ex qualibet parte hospitii sive domus
poterunt quascumque vestes habeant defferre dum
tamen non vadant ultra non transeant viginti
hospicia supradicta Ab ista vero ordinatione exipiuntur
magri in theologia Et quicumque legat decretum in
studio supradicto istis propter honorem scientie vel
lecture permittitur quod possint facere vel defferre de
quocumque pretio voluerint vestes suas verum hoc quod
est statutum de pannis et vestibus supradictis intelligitur
de vestibus quas supradicti facient ad defferendum
in scollis et per villam videlicet super tunicale clausum
tunicam superiorem exceptis super tunicalibus apertis ganachiis
et capuciis et tunicis qui et quas poterit quilibet ubicumque
extra actus scolasticos defferre die qua exeunt domum
proprium comederit seu fuerit comesturus exceptis
corsetis sive manicis vel cum manicis non apertis
et mitanis calligis et barretis Si vero aliquis
equitando voluerit ire per villam vel etiam extra
villam causa spatiendi vel alias tunc eundo et
redeundo vel se ad hoc disponendo poterit induere illam
vestem quam voluerit vel defferre Insuper extitit
ordinatum quod illi qui recipiunt pannos vel vestes
ab aliis sicut ab episcopis vel prelatis vel ab aliis non
studentes in studio supradicto qui plures vestes ratione
dignitatis generis nobilitatis vel potentie dare seu
mittere consueverunt illas possint defferre ubicumque

Gannachia

extra actus scolasticos fuerint constituti. In actibus
vero scolasticis sicut in scolis et in missa universitatis
vel quocumque universitas tamquam universitas
vadat vel ubi congregetur tunc defferant et defferre
teneantur vestes de panno et precio supradicto
nisi forte ad dictam universitatem vel ad locum
ubi erit ipsa universitas venerit cum domino a
quo vestes recipiunt supradictas. De vestibus vero
iam factis fuit statutum et ordinatum quod illi qui
habent pannum vel vestes suas quas iam
fecerunt vel habuerunt vel emerunt vel illi
qui ignorantes istud statutum emunt vel facient
vestes suas antequam veniant ad studium supradictum
illas possint defferre et illis ubique uti dum tamen
vero fraudem non commiserint in premissis. De doctoribus
vero ac magistris novis fuit ordinatum quod si aliquis
ad doctoratum vel ad magistratum assumatur possit
de quocumque panno et de quocumque precio voluerit
facere vestes suas vel etiam aliorum secundum quod
sibi videbitur faciendum et si vestis vel pannus
dictarum vestium sit ultra precium supradictum illas
poterit portare et illi qui eas recipiunt ab eodem in
die in qua recipient insignia doctoratus et ex unum
mensem postea immediate subsequentem. Postea
vero dicto mense elapso faciat seu defferat vestes
de supradicto precio sicut est superius de aliis
doctoribus ordinatum. De canonicis autem sancti
stephani et sancti saturnini et de monachis de
aurate et de coquinis fuit ordinatum quod infra

Monachi de Coquinis

cepta dictarum ecclesiarum monasteriorum prioratuum
sive locorum vel extra usque ad viginti hospicia licet
sit ibi universitas possint defferre habitum suum vel
vestes quas voluerint sive studeant in dictis locis sive
monasteriis vel in villa vel ubicumque fuerint vel
vadant cum conventu vel collegio seu capitulo
ecclesiarum monasteriorum vel prioratuum predictorum
hoc idem facere possint in ecclesiis sive locis subditis
monasteriis suis vel ecclesiis hoc idem facere poterunt
Canonici sancti stephani in ecclesia sancti Jacobi
et in domo episcopali vel si aliqui ex ipsis irent causa
predicationis vel alterius officii ecclesiastici apud
ecclesias seu capellas de nazareno sancti bartholomei
sancti Romani vel ad alias capellas sive parochie
vel si irent ad dicta loca vel extra civitatem
causa spatiendi vel quandocumque ibunt per
villam vel exterius equitando idem poterit
observari si aliqui predictorum irent per villam
vel alibi pro negociis ecclesiasticis earumdem
ecclesiarum vel monasteriorum vel ratione dignitatum
vel beneficiorum eorumdem vel etiam locorum
seu prioratuum predictorum De pannis vero quos
aliqui faciunt fieri in hospitiis suis vel aliis
vel qui fiunt in domibus parentum suorum possunt
facere vestes predictas ad defferendum in scolis
et per villam illi qui dictos pannos faciunt fieri
vel illi qui recipiunt a dictis parentibus dictos pannos
dumtamen secundum iustum arbitrium non
excedant pretium supradictum nec hoc faciant

seu procurent fieri propter fraudem. Si vero casu
contingente aliquis de universitate absque fraude
amiserit vestem suam vel casualiter rupta fuerit vel
destructa vel aliter notabiliter deturpata in tali
casu poterit aliam defferre quamdiu predictam
defferre non poterit vel quousque aliam fecerit
de panno precii supradicti. Et si forte alicui pannus
de terra sua missus fuerit a parentibus suis
Cum pannus excedat precium supradictum illum
non defferat nec de ipso faciat vestem suam
ad defferendum in scolis vel per villam. Als hoc facere poterit
dumtamen non veniat contra superius ordinata
Omnia vero pecunia sive moneta turronen
nunc currebilis pro tempore posset mutari et
ex mutatione ipsius possent dubia exoriri
Ideo super futuro ac possibili dubio ad removendum
omne dubium extitit ordinatum ac etiam
declaratum quod si dicta pecunia turron seu
moneta currebilis mutaretur quod canna panni
posset emi usque ad valorem quam tempore statuti
habebant denarii turron. Et tantum pannum
de moneta pro tempore currebili posset dari
in canna panni quantum valebat tunc temporis
videlicet tempore emptionis xx^ti solidos vel
xxv turron de cugno sancti ludovici communiter
apud campsores remota penitus omni fraude
Ita quod nil fiat contra mentem illorum
qui pro utilitate communi dicte universitatis
sunt superius ordinata. Et quia in premissis
vel circa premissa multe possent fraudes comiti

Solidi turonenses de cugno sancti ludovici

quas non oportet nec expedit singulariter exprimi nec etiam
recitari Ideo fuit generaliter statutum prohibitum et
preceptum quod nullus predictorum in emendo vel vendendo
dando vel recipiendo vel defferendo vestes predictas vel
pannum sive pannos de quo vel de quibus facient
dictas vestes committant vel committi faciant aliquam
fraudem in preiudicium statuti supradicti vel contra
superius ordinata in pannis vel vestibus supradictis
Sed supradicta omnia et singula bona fide et absque
omni fraude ab omnibus et singulis ex nunc
inviolabiliter observentur Et premissa huius
statuti servare teneantur omnes supradicti virtute
prestiti iuramenti Et contra venientes seu contra
facientes vel iurare volentes tanquam rebelles ab
omnibus evitentur Et ad maiorem roboris firmitatem
sigillum universitatis presenti statuto duximus
apponendum Nomina vero doctorum ac magistrorum
que in premissis statuendis et ordinendis presentes fuerunt
illa sunt que sequuntur videlicet Dominus geraldus
de lantrico doctor decretorum Dominus martinus de
dolencomo doctor utriusque iuris Item Dominus
guillermus de turre legum doctor et dominus
guillermus de cunho dominus petrus de mortuo mari
Dominus petrus de pratis Dominus B. de artigas
Dominus symon bardini doctores legum Item
magister bernardus de vindis magister geraldus
de borno et magister bernardus de orleno magistri
in artibus Item magister guillermus la caza
magister in grammatica et in artibus magister

Johannes de forga magister petrus durandi
magistri in grammatica dominus bertrandus de
sancto genesio Licen in utroque iure qui tunc
temporis legebat pro domino guillermo de
monteladuno doctore decretorum Cum omnibus
istis nos B. de turre predictus doctor decretorum
ac rector studii supradicti statuimus et ordinamus
omnia et singula superius ordinata et de
consiliariorum consilio et totius universitatis
et assensu vere premissa omnia et singula
fuerunt facta et ordinata ita quod perpetuo
de cetero observentur hoc adiuncto etiam et
retento quod si pro tempore ipsa universitas cognosceret
vel videret quod aliqua essent addenda corrigenda
declaranda vel etiam mutanda hoc possit fieri
de consilio et voluntate dicte universitatis non
obstante super premissis prestito iuramento

Et sciendum et omnia statuta
superius ordinata de principio usque ad
tricesimum statutum inclusive fuerunt lecta
recitata et publicata per nos predictum bertrandum
de turre rectorem tunc studii supradicti anno
quo supra die sabbati post festum translationis
beati benedicti in capitulo fratrum minorum thle
in quo loco universitas dicti studii premissa
indictione publice facta per scolas sub virtute
prestiti iuramenti de consiliariorum consilio
fuerat congregata Decem vero ultima statuta
supra immediate posita cum quibusdam additionibus

de monttaudun docteur
regent in droit canonique

assamblee tenue aux
cordelliers

et declarationibus In primis triginta statutis
factis fuerunt per nos predictum Rectorem lecta
recitata et etiam publicata anno quo supra die
dominica in crastinum beate marie magdalene
post missam universitatis in capitulo fratrum
predicatorum ubi sub virtute iuramenti eo
modo quo debet fieri dicta universitas super
premissis fuerat convocata et etiam congregata
Sunt omnia et singula supernis scripta et
dicte universitati recitata et publicata per
ipsam universitatem fuerunt recepta et etiam
approbata et postea in crastinum in omnibus
scolis seu singulis in singulis per doctores
et magistros actu legentes seu regentes et per
scolares seu auditores dictorum doctorum et per
consiliarios et etiam baccalarios tunc presentes
fuerunt iurata et iure iurando vallata illa
videlicet omnia que per iuramentum seu
virtute iuramenti precipiuntur generaliter
seu specialiter sine singulariter observari
Et hoc secundum formam in tricesimo octavo
statuto supernis annotatam super quibus et de
quibus omnibus Laudetur et qui est super
omnia benedictus Amen

1 deus

1324

Noverint universi presentes pariter
et futuri Ex facta generali congregatione
universitatis studii in capitulo fratrum
minorum thle pulsata prius campana
dicti studii ut est moris venerabilis et

1 thlam

discretus vir dominus adhemarius de chamnato
prior de maensato doctor decretorum ac rector
universitatis studii tholosani stans in cathedra
que est in claustro domus predicte ante capitulum
predictum Exivit et proposuit idem dictus
rector in presentiarum ibidem ad congregationem
congregatorum et assistentium in hunc modum
qui sequitur Ne ex ignorantia prout hactenus
extitit hesitatum circa vestes bedellorum et
banquerio maiori a doctoribus in iure canonico
vel civili vel magistris in theologia si in posterum
creari contigerit in studio tholosano dando
dubitatio oriatur statuimus et perpetuo volumus
observari ut si contingat quoquomodo aliquem
in studio thlanensi recipere insignia doctoratus
seu magisterii in theologia vel iure canonico vel
civili teneatur cuilibet bedellorum et banquerio
maiori predictas vestes dare competentes
decentes et completas ac integras usque ad xij solidos
tholosanorum cannam ad mensuram thlanam
et sufficienter foleatas secundum quod conditio
temporis postulabit Si autem duo vel plures
sint simul et equalibus sumptibus communiter
vel divisim vel quocumque modo recipientes
insignia supradicta quilibet vestes integres
predictorum cuilibet dare teneantur vel adminus
unus vestes integras et aliis quotquot fuerint
et in numero quantocumque cuilibet sexaginta
solidos turonensium pro vestibus cuilibet predictorum

Banq. maior

reglement pour les habits ou vestemens

ad pcm

bedellorum et banquerio dare teneantur Ita tamen
quod ut predictum est semper vestes habeant integras
quilibet ab aliquo vel ab omnibus recipientibus
insignia doctoratus Si autem sit aliquis nobilis
vel alius qui solus sit principalis in festo suis
sumptibus faciendo si ipse illa die subse doctores
unum vel plures faciat vel eisdem det doctoralia
insignia tunc ipse qui festum faciet principaliter
teneatur cuilibet predictorum vestes facere secundum
modum et formam superius expressatos Ceteri
autem et singuli doctores actessorii sive unus
sive plures sint quantumcumque sint teneantur
singuli dare dictis bedellis et banquerio et eorum
cuilibet sexaginta solidos turon Et quod doctor qui
eis debet dare insignia supradicta nullatenus
eis dare attemptet nisi doctorandi dictis bedellis
et banquerio secundum formam predictam solverint
vel satisfacerint vel alias carnerint competenter
etiam predicta superius dicta et proposita dictus
dominus rector dixit fuisse statuta et ordinata
per dominum guillermum durandi doctorem
decretorum ac rectorem tunc studii thlam de
voluntate consiliariorum dicti studii et plurium
aliorum Enare interrogavit universaliter in
generali omnes doctores baccallarios et
scolares ibidem in dicta congregatione presentes
et assistentes si predicta superius apposita et
statuta prout supradictum est eis placebit
Et ita fieri perpetuo et inviolabiliter obseruari

volebant. Quinquidem doctores baccallarii et scolares
Ibidem in dicta congregatione presentes et assistentes
universaliter et generaliter dixerunt et responderunt
quod sic ita quod in predictis nullus apparuit contradictor
nec qui in predictis se opponeret nec in aliquo
predictorum quibus actis dictus dominus rector
et bedelli dicti studii Ibidem presentes videlicet
aymericus capussii et Johannes Radulphi
requisierunt me notarium infrascriptum ut de
predictis omnibus et singulis ipsis retinerem et
conficerem publicum instrumentum seu publica
instrumenta. Actum fuit hoc thlo in capitulo
domus predicte fratrum minorum die martis
post festum beate katherine virginis regnante
karolo rege francorum et navarre et Johanne
archiepo thlano anno ab incarnatione dni
millesimo. CCC xxiiii. Huius rei sunt testes
venerabiles et discreti viri domini canhardus de
saballhano et bernardus de gensaco legum doctores
gibbertus de cantobrio et gondisalmus boni hominis
doctor decretorum magistri geraldus boni hominis
magister in grammatica et bertrandus de verahol
magister in artibus et in grammatica qui etiam
in predictis concesserunt. Et ego petrus de ceso
publicus thlo notarius qui requisitus ut
supradictum est hanc cartam recepi scripsi
pariter et signo solito signavi

In nomine domini amen. Per hoc
instrumentum publicum universis et singulis

1324

1407

pateat evidenter Ex clare Religionis profunde
scientie viro domino chatardo aycardi professore
Cancellario decretorum egregio et magne circumspectionis viro
domino Johanne de gaurano utriusque iuris
doctore excellentissimo ac reverendis magistris
petro de petra augustinorum Johanne gartie ttto
de cassacrio predicatorum petro de gremo
provisore sancti bernardi cistercien ordinis
lenedano Jamdonis carmelitarum magistris
in sacra pagina Insignitis ac Regentibus In
scolis dictorum conventuum necnon honorabilibus
et circumspectis viris dominis thoma benedicti
decretorum priore sancti anthonii thle ycardo de
riperia legum doctoribus ac providis et discretis
viris magistris Johanne de campanea durando
lagaldia in artibus domino guillermo ragaldi
in gramatica magistris Regentibus in universitate
venlis studii thlani et actu legentibus in eodem
nobili petro de rovilla scolare in iure canonico
consiliario, ottto maiorem et seniorem partem Regentium
ottto universitatis dicte universitatis ut dixerunt facientibus In
domo memorati domini cancellarii sita infra
Cancellarii domus septa ecclesie. ceptra ecclesie tholosane personaliter congregatis
volentibus et cupientibus utilitati et statui universitatis
antedicte et circa damna et incomoda Infrascripta
remedium salubre adhibere pro bono et utilitate
dicte universitatis memorati domini cancellarius
Rector et Regentes cum consiliario antedicto
disposuerunt statuerunt et ordinaverunt Et
escoles de saint estienne ttto Regente scolas sancti stephani Johanne de curtibus
minorum gartie

ordinanciam fecerunt et condiderunt In hunc modum
a statutis limitibus per patres pristos ordinatis
non discedere sacra docet scriptura Inquiens non
preter gradiaris terminos quos constituerunt patres
tui modos siquidem uiuendi utendique rebus
acomodatis usibus hominum sic certo libramine
ponderarunt quod si quis ab eis per excessum
deffectum ve deuiare attemptauerit In ipsis
foribus pateat aditus ad uitia ad insolentias
accessus prouitas ad inhonesta et non tantum
In ipsis rebus que ad victum ymo etiam que
ad vestitum pertinent sue consideracionis oculos
direxerunt ut vestibus nimis preciosis aut vilibus
nullomodo uti liceat ut per habitum vilem
Instriones nec per habitus mollicie mulieres
Imitemur sicut enim trutanni uitandi sunt
quia viles sic et qui preciosis nimis vestibus
Induuntur quia molles et tales teste saluatore
non In scollis aut gignasiorum studiis sed
In domibus eorum Itaque qui nobis formam
uiuendi reliquerunt vestigia Imitantes que
sequitur statuimus et ordinamus Si vero
aliquantulum noram prefixam relaxamus
non nrm pro libito sequentes censum facimus
sed Infirmis quibusque condescendendo

Et primo Et precium panni quo
Induantur tam scolares seculares
baccallarii licenciati cuiuscumque condicionis
aut status existant sequendo et excercendo

gymnasiorum

Regum sunt

actus scolasticos et in studio pnti moram trahendo
non excedat pro canna summam .xl. solid. turon.
parvorum aut ad manus summam .xlv. solid. p. d.

Item ex vestes quibus ab hinc in antheta
utentur non sint minima longitudine deformes
sed tantummodo talares non attingendo terram
totaliter per duos digitos vel circa

Item ex in amplitudine sive in fundo non
sint superflue sed in rotunditate xx^ti sex
palmorum et ad manus xxviii^o contente sint.

Item ex manice circa manus latitudinem
unius palmi a brachio non extendunt cum
colleto decenti et honesto, non nimis alto sive longo

Item ex caputia sint honeste facta cum
cornetis aut vequis non minima longitudine
aut amplitudine inhonestis sed solum sint
amplitudinis quatuor digitorum et longitudinis
quinque palmorum ad manus. Item statuimus
et ordinamus quod nullus differat caligas simulatas
sive cum soletis

Item in manicis sive coletis displicet
non sit aliquod inhonestum ut puta
varietates colorum aut alique frapature de
panno aut de cirico facte sive platoni auri
vel argenti

Item a iam factis rampis statuimus et
et ordinamus quod quantum ad formam manicarum
et sparum vestium longitudinem ad statum iam
supius pretaxatum reducatur infra mensem

Cum cornetis aut vequis

Caligae cum soletis.

Et hoc sub pena excommunicationis inhabilitatis ad gradum et quod non facient cursus suos et sub pena quod non presentabuntur ad gradus per doctores nec per cancellarium admittentur et sub pena prestiti juramenti quod nullus regentium tales habeat admittere in scolis

Quequidem statuta supremis inserta et ordinata antedicti domini cancellarius rector et regentes dicte universitatis voluerunt preceperunt et mandaverunt de cetero et perpetuo inviolabiliter observari etiam retento quod si pro tempore universitas cognosceret vel videret quod aliqua essent addenda corrigenda declaranda vel etiam mutanda hoc possit fieri de consilio et voluntate dicte universitatis

statuta pro varietate temporis mutari possunt

De quibus omnibus et singulis premissis supradicti domini pro se et dicta universitate petierunt et requisiverunt per me notarium publicum infrascriptum retineri instrumentum Acta fuerunt hec in dicta domo et in porticu posteriori dicte domus anno a nativitate domini millesimo CCCC^mo septimo die sabbati intitulata penultima mensis Julii indictione xv pontificatus sanctissimi in xpo patris et domini nostri domini benedicti divina providentia pape xiii Anno

1407

Presentibus magistro petro micassii baccallario in decretis et domino petro de castrobayaco presbitero et pluribus aliis testibus ad premissa vocatis Et me petro cambreri clerico publico auctoritate

apostolica imperiali et dominorum decapitulo
thlo notarii qui de premissis requisitus publicum
retinui instrum

Et ibidem supradictus dominus
Aycardus chatardi cancellarius memoratus
dicens se ad insinuationem notifficationem et
publicationem et aliam extentionem dicti
statuti sine statutorum vacare non posse
seu attendere de probitate et sufficientia venlis
et religiosi viri domini thome benedicti decretorum
professoris supranominati confisus eundem
dominum thomam ibidem presentem locumtenentem
suum ad actus premissos et alios ad ulteriorem
extentionem dictorum statutorum necessarios
et incumbentes fecit constituit et ordinavit cum
omni potestate et mandato specialibus ad hoc
necessariis promittens se ratum gratum
et firmum perpetuo habiturum quicquid per
ipsum locumtenentem suum fuerit actum et
promissum. Actum fuit hoc anno inditione
et pontificatus quibus supra. Et me notario
predicto requisitus instrumentum recepi

Postea vero anno inditione et pontificatus
quibus supra die vero secunda mensis
augusti. Noverint universi presentes pariter et
futuri. Ex facta generali congregatione
universitatis studii thlani in caplo fratrum
minorum thle pulsata prius campana
dicti studii ut est moris personaliter constituti

videlicet honorabiles et circumspectus vir dominus
Johannes de gaurano utriusque iuris professor
Rector universitatis studii tholosani et venerabilis et
religiosus vir dominus thomas benedicti decretorum
doctor prior sancti anthonii lezatensis actu legens
et ut locumtenens honorabilis ac magne religionis
et scientie viri domini chatardi aycardi
decretorum professoris egregii cancellarii dicti
studii tholosani prout constat superius de eius
locumtenentia mandato unacum reverendis
dominis prelatis magistris in sacra pagina
doctoribus utriusque iuris et magistris utriusque
artis regentibus dicte universitatis ac licentiatis
et consiliariis dicte universitatis quorum
nomina et cognomina inferius seriatim
describuntur viso lecto et percepto ad plenam
dicti statuti supra inserti tenore. Omnes et
singuli domini supra et infrascripti regentes
et consiliarii dicte universitatis statutum
predictum ratum et gratum habentes nemine
discrepante illud a cetero tenendum et perpetuo
observandum promiserunt et iuraverunt
ad et super sancta quatuor dei evangelia
manibus suis dextris gratis corporaliter
tacta. Et primo idem dominus Johannes
de gaurano rector deinde idem dominus thomas
pro se ut regens et ut locumtenens antedictus
Et subsequenter omnes et singuli infrascripti

rector professoribusque iuris



Unus post alium per ordinem juxta nrm personarum
infrascriptarum situationem. Quibus pactis ibidem
et incontinenti post cuiusdam antiqui statuti superiori
statuto conformis publicationem et lecturam factam
per magistrum vitalem godonis bedellum dicte
universitatis. Ne quis pretextu ignorantie de
premissis se valeret excusare dictum statutum
per me notarium infrascriptum supradictus dns
rector de voluntate et consensu aliorum dnorum
publicari mandavit alta et intelligibili voce
taliter quod ad audientiam cunctorum presentium ibidem
valeret pervenire. Quod autem mandatum ego
notarius predictus existens in cathedra quadam ante
capitulum predictum de verbo ad verbum recitavi
legi et publicavi alta voce in quibus statuti
editionem juramentorum prestationem per lectione
et publicatione nullus apparuit oppositor seu
contradictor. Nomina vero prelatorum doctorum
magistrorum licenciatorum et consiliariorum qui
in omnibus premissis faciendi statuendi et
ordinandi presentes fuerunt et qui juraverunt illa
sunt que sequuntur. Primo videlicet prefati
domini Johannes de gaurano rector thomas benedicti
locumtenens domini cancellarii reverendus pater
dominus fortius dei gra abbas de cadumo
reverendus magister petrus avena magister in
sacra pagina ordinis sancti augustini domini
Johannes de mans decretorum professor et prior de

Complem. et statutum predictum

oppositor seu contradictor

Inquisitor hereticae pravitatis.

aureate stephanus Inquisitor heretice pravitatis
Reverendi magistri Johannes chamberti petrus de
petra augustinorum Johannes gratie Johannes
de curtibus arnaudus Roberti minorum Raymundus
de salis Levadanus chandonis carmelitarum
gratias de casaterio bernardus boli Johannes de
monte mayrano predicatorum dominicus de
Isla minorum Raymundus de Ripperia augustinorum
conventuum thlle magistri in sacra pagina
Dominus ycardus de Ripperia legum doctor
magistri Johannes de campanea durandus
La galdia in artibus guillermus Rigaldi in
grammatica magistri Regentes et ordinarii dicte
universitatis Nobiles damalsius de muro
petrus de Romilha geraldus sayditi stephanus
de faurilheriis consiliarii iurati dicte universitatis
Dominus arnaldus de pinolio in legibus licen
actu legens in prefato studio pro domino
Johanne de fabrica Locumtenens et actu legens
pro Reverendo patre domino guigone flandum
auditore sacri palacii Johannes garini bernardus
de bursacalida guillermus bortelli tam in
legibus quam in decretis Licenciati necnon
nobiles Johannes et Jacobus de montemaurino
fratres anthonius gole prepositus Johannes
de molendino priores
quatuor collegiorum thlle videlicet Sancti

quatre prieurs des colleges

martialis pampelion petragoricen et magalonen
et plures alii. Quibus ita per actis supradictus
dominus Johannes de gaurano rector et magister
vitalis gnodonis bedellus et sindicus dicte
universitatis petierunt et requisierunt per me
notarium infrascriptum sibi fieri et retineri publicum
instrumentum. Acta fuerunt hec loco anno
inditione et pontificatus quibus supra presentibus
in premissis magistro guillermo de randeno baccallario
in legibus domino raymundo de lortello presbitero et
raymundo dareus clerico testibus ad premissa
vocatis et pluribus aliis in premissis presentibus

1426

Quia sacro teste canone si destruerentur
ea que per nostros antecessores pridem fuere
statuta salubriter non constructores sed eversores
dici iuste possemus testante veritatis voce
dicente omne regnum in se ipsum divisum
desolabitur et omnis scientia atque adversum
se divisa destruetur et ordo pariter ecclesiasticus
confunditur si sua iuriditio non servetur. Ex apostolica
Nos bernardus ministratione divina basilien episcopus
doctorque decretorum arnaldus roberti theologie
sacre professor andreas sauxy et bertrandus
de clusello canonicus et elemosinarius ecclesie
metropolitane thlanen decretorumque doctores
ac regentes duo ex nobis ordinarie in universitate
venerabilis studii tholosani in facultatibus

prelibatis Arbitrenque arbitratores et amicabiles
compositores electi concorditer per almam nostram
matrem universitatem prefatam de [illegible] infrascriptarum
expresso consensu ad decidendum et amicabiliter
concordandum debatum quoddam dudum ortum
inter venerabiles et discretos viros magistros
Johannem Juvenis et Michaelem Belayci
magistros in artibus et in grammatica facultate
regentes in universitate prefata ex una parte
et Ludovicum Cardona etiam magistrum in
artibus et in logica facultate legentes parte
ex altera Super eo quod dictus Cardona pretendebat
legere posse grammaticam sub colore quia minorum
poterat legere prestiamum sub tenore statuti
cuiusdam universitatis prefate quod incipit
Nonnulli universi folio octavo etiam absque
licentia dictorum magistrorum in grammatica
regentium Non obstante quodam alio statuto
quod incipit Cum ab ignorantibus folio xlvi
verso quod non de magistris in logica regentibus
Sed tantum de pedagogis intelligendum asserebat
ipse Cardona prefatus aliis duobus magistris
predictis Juvenis et Velhacii asserentibus
oppositum et ex adverso dudum quod nec
ipse Cardona nec quicumque alius magister
Licentiatus seu baccallarius aut etiam in
artibus scolaris legere poterat grammaticam

BIBLIOTHÈQUE TOULOUSE UNIVERSITAIRE

sub dicti minoris presciani. In civitate neque suburbiis
civitatis Thol. sine eorum licencia petita et obtenta
Nos igitur qui supra plene visis et intellectis
in scriptis partis utriusque nobis traditis
rationibus et motivis ad dei omnipotentis honorem
totiusque civitatis virginisque gloriose genitricis dni
nri Jhu xpi benedicti ac totius curie beatorum
necnon ad dicte universitatis comodum perpetuum
atque decus ad utilitatem etiam partium predictarum
proque bona pacis et concordie perpetue inter eas
ad certitudinem presencium et memoriam perpetuam
futurorum declaramus ordinamus pronunciamus
et etiam tenore presencium presentibus partibus predictis
coram nobis per modum qui sequitur arbitramur

Et primo quod inter ipsas partes sit
de cetero prout etiam esse debet bona pax
et concordia et amicicia fraternalis cessetque
inter eas quo ad debatum huiusmodi perpetuo
materia prorsus litis

Secundo quod dictus aut eius socius
caredona per se vel alium ydoneum et
sufficientem in auditorio suo logicis vulgariter
appellato legat dictum presciani minorem iuxta
formam statuti prefati quod incipit noverint
universi secundum eius expositoribus libris atque
lecturis auctenticis ac per questionem artistarum
scolam etiam approbatam saltem alias minime

Colore

In Artib. regentes habent proprium auditorium. et pag. 51. et p. 52.

Reprobatis presertim in universitate prefata et hoc
iuramento servare teneatur memoratus cardona
tam pro se quam pro suo repetitore quem ad hoc
duxerit eligendum

Tertio Et talis repetitor non incipiet
legere prescianum minorem predictum sub
prefato cardona nec alias docebit gramaticam seu
gramaticalia sub prefate lecture colore donec et
quousque domino rectori dicte universitatis solitum
prestiterit iuramentum cuius forma habetur
in statuto quod incipit. Item quod nullus
repetitor folio xxv verso in sexta columpna

Quarto quod nullus de ipsis magistris in logica
regentibus nec per se nec per alium leget explicite
aliquem de libris legi prohibitis per alios quam per
magistros regentes in gramatica. Sunt libri sunt
doctrinale ebrardi alexandri et prescianus maior de
quibus habetur in statuto appostolico quod incipit
Item cum secundum usum folio xxv verso in
prima columpna et in statuto aplicto quod incipit
Cum ab ignorantibus fo. xliii verso in prima
columpna nisi per prius ab ipsis magistris in gramatica
regentibus petita licentia speciali obtenta qui per
tenores statutorum superius expressorum clare patet
quod universitas tempore quo dicta fuerunt edita
statuta videlicet proinde ut confusio vitaretur
magistros in preffatis duobus regentibus auditoriis
gramaticis et logicis certis libris designatis inibi

legendisque per eos palam et publice In eorum separatis
scolis voluit contentari Dixit alibi canon Iniuriam
michi facio si fratrum meorum Iura perturbo et
alibi honorem meum esse non deputo ubi fratres meos
honorem suum perdere cognosco nec iuramenta que
prestitimus de statuta servando transgredi nobis
Licet eum Ratione consistant

Postremo et quinto loco quod talis Repetitor
aut quicumque alius cuiuscumque status aut
conditionis existat libros ceteros grammatices dictis
quatuor dumtaxat exceptis legere possit libere
quibuscumque proficere audireque volentibus In
civitate suburbiis thlam Proviso tamen quod
tales auditores ante omnia auditorum sine scolas
grammatices tenebuntur proficeri et de salariis
eum magistris Iuibi Regen amicabiliter convenire
ut sic fraudes que per multos Repetitores seu
Instructores In grammatica possent circa hoc
adhiberi funditus evitentur nec detur Iurgiorum
materia neque future litis statutaque prefata
minime per indirectum valeant per aliquem
violari Sed unusquisque suis terminis et
facultate sua contentetur nemini partem
In expen cause huiusmodi condemnentes

Deindeque Perpenso quod magis solet
timeri quod specialiter Iniungitur quam quod
generaliter imperatur Id circo parti cuilibet
predictarum specialiter iniungimus precipimus

et mandamus auctte potestateq; quibus supra
sub pena prestiti Juramenti / privationisq; Jurium
per universitatem dictis duobus auditoriis seu Regen
In eis que tempore pridem concessorum admittimus quatinus
ambe partes gratis habeant aprobare laudare
et ratifficare et exequi emologare premissa omnia et
singula et In nullo contra venire presumant audeant
vel attemptent ullis temporibus In futurum
Requirentes vos magrem Johannem malhaseri
notarium publicum quatinus de premissis omnibus
et singulis retineatis publicum Instrm vel etiam
Instrumenta quorum unum In capsa universitatis cum ceteris
perennitter conservetur et parti cuilibet si eam
habere copiam voluerit suis expensis In forma
publica faciatis Datum tholose die xxi a
mensis aprilis Anno domini millesimo cccc mo
vicesimo sexto

Statuts de 1328

In dei nomine amen Per hoc
Instrumentum publicum universis et singulis
pateat evidenter Ex magne discretionis et scie
viro venerabili domino petro de murinasio canonico
monasterii sancti anthonii viennen decretorum
doctori Egregio rectori universitatis studii thlam
et aliis omnibus doctoribus Juris canonici et civilis
legum professoribus et magistris In artibus et
grammatica actu legentibus In dicto studio thlamo
Necnon consiliariis et baccallariis eiusdem universitatis
studii thlam ad hoc vocatis et In simul propter

Bedelli servitores Universitatis. et fol. 53. 54

hec congregatis. Ibidem cum eis clericorum et scolarium congregata multitudine copiosa per prudentes viros magistros Johannem Radulphi et Aymericum Capucii clericos bedellos et servitores eiusdem Universitatis dicti studii thlam tradita. Ipsorum supplicatio tenorem qui sequitur continebat

req^{ue} baillei par les bedaux en augmentation de leurs droits,

Supplicant humiliter vobis venerabilibus dominis suis vri servitores bedelli quatinus cum inspectis hominibus augmentari propter multitudinem baccallariorum in studio existentem et aliis baccare continue habeant vro servitio. Et ideo insistere circa alia nequeant nec procurare necessaria ad vitam et de salario consueto eis dari per studentes nequeant cum sua familia substentari placeat de benignitate et misericordia solita dictum salarium sic augmentare quod quilibet iurista scolaris quatuor tolsan grammatici et artiste duos. Annuatim eisdem pro salario solvere teneantur sic enim pro modico respectu dominorum et magno ipsorum respectu locupletes servitores erunt et ad honorem studii poterunt in suo officio deservire. Ana tradita atque lecta et audita cum diligentia et inspecta deliberatione super ea et per ipsos dominos rectorem doctores magistros consiliarios et baccallarios et alios tunc presentes prehabita et tractatu sepius repetito dicti domini rector doctores magistri consiliarii et baccallarii dicti studii tunc presentes dixerunt

tractatu sepius repetito

quod eis placebat contenta in dicta supplicatione
tanquam rationabili adimplere exhibentes dictam
supplicationem communitam ipsorum subscriptionibus
et sigillis per que constabat de ipsorum omnimoda
voluntate. Subsequenter in domo fratrum predicatorum
thlae in loco consueto videlicet in cathedra que
est in claustro dictorum fratrum predicatorum dictus
dominus petrus de murmasio rector predictus
constitutus in presentia dicte universitatis dicti studii
thlam et mei notarii et testium subscriptorum
congregatis oraneo prius pulsata campana
dictis doctoribus magistris baccallariis et consiliariis
et scolaribus tam in legibus quam in decretis et in
grammatica et logica in dicto claustro dictorum
fratrum predicatorum. Dixit dominus de murmasio
rector predictus quod voluntas erat venerabilium
dictorum dominorum doctorum iuris canonici et
civilis legum professorum et magistrorum in
artibus et grammatica tunc legentibus in dicto
studio thlano necnon consiliariorum eiusdem
universitatis studii thlam contenta in dicta
supplicatione tanquam rationabili adimplere si
universitati predicte placebat ita videlicet quod
quilibet iurista scolaris solvat quatuor tholosanos
grammatici et artiste duos animatim prout in
dicta supplicatione continebatur. Quinquidem
doctores et magistri et consiliarii baccallarii et
scolares et tota universitas qui ibi presentes erant

Bedellorum salarium

dixerunt et responderunt dicto domino rectori et audita
dicta supplicatione placet nobis et volumus
fieri et compleri ea que in dicta supplicatione
continetur. Doctores vero magri consiliarii et
baccallarii ac scolares qui se dicte supplicationi
subscripserant et eandem eorum sigill impendentes
sigillaverunt. Isti sunt quorum nomina subsequuntur
videlicet dominus petrus de murmasio rector dicti
studii et universitatis predicte dominus adhemarius
de chamaco dominus guilhardus de bedaco dns
bonifacius de falguario dominus bernardus de
Juliano dominus raymundus bernardi de fonte
capriario doctores decretorum dominus radulphus
la fieyra dominus arnaudus de fuxo consiliarius
dominus johannes de tonitio dominus raymundus
fabri dominus petrus de taliata dominus raymundus
de sancto michaele doctores legum magister
hugo tellerii consiliarius magister bartholomeus
flexerii magister geraldus boni hominis magr
petrus de bacuto consiliarius magr bertrandus
de berulh quorum duo primi sunt magri in
artibus et alii duo in gramatica et magister
bertrandus audoynus de nonavilla magister in
gramatica et in artibus guillermus de tineria
guillermus de blama altandus alamanum jordanus
de palaterio consiliarii dicti studii et universitatis
predicte reverendus pater in xpo dominus

Adericus abbas vall oleti Reverendus in xpo
patre dominus belengarius abbas monasterii
sancti michaelis de flemito Robertus de fuxo
petrus Raymundi de astariaco guilhardus de
durforte monthasinus de gallardo stephanus
de apchone, bernardus hugonis de cardalhaco — Ber. Hugonis de cardalhaco
guilhardus de fargis Rostannus de Landuno
poncius de gordomo petrus de casetis Raymundus — Poncius de Gordomo
amelii de pena johannes de pratis sicardus de — Raimundus Amelii de Pena.
montealto geraldus de prestinio bertrandus de
podio et petrus despons licen in legibus blasius de
luna bernardus de turre petrus andree Isti sunt
doctores magistri consiliarii et baccallarii et
nobiles. Cum se dicte supplicationi subscripserant
et eorum sigill impenden sigillaverant prout in
dicta supplicatione ibidem ostensa videbatur —
Postqz ibidem dicti johannes Radulphi et
aymericus capucii bedelli et servitores dicti
studii pro se et eorum successoribus requisiverunt
me notarium ut ex meo officio de predictis — Instrumentum
presentatione dicte supplicationis et responcione
eiusdem et conten in eadem omnibus et singulis
supradictis eis publicum conficerem et redderem
instrumentum hoc sive factum et ita ordinatum
thle in dicto claustro dictorum fratrum predicatorum
thle per predictos doctores magros baccallarios
consiliarios et alios nobiles et per alios scolares totius
universitatis dicti studii thlam septima die

Introitus mensis Julii regnante philippo rege francorum
guillermo archiepiscopo tholosano Anno ab incarnacione
domini millesimo CCC. xxviii° Huius rei sunt
testes Raymundus de nazareto et frater arnaldus
mancipii frater stephanus bartani ordinis dictorum
fratrum predicatorum thlei hugo de capellis
dominus aymericus de sera camerarius figiaci
magister vitalis verrolhi licenciatus in legibus
et johannes de Lenedano publicus thlei notarius
est de toto testis et ad totum pns fuit et cartam
scripsit et signo suo solito signavit

1328.

Quia rationis ac iuris ordo postulat quod acta
tangentia universitatem votatis ac in simul
congregatis illis qui evocandi fuerint maturo
consilio et deliberatione premissa tractentur et
ordinentur Idcirco Anno domini millesimo
CCC. xxviii° Existente rectore magistro
bartholomeo flexerii magistro in artibus fuit
per eum et doctores magistros et consiliarios
infrascriptos concessum et ordinatum quod de
cetero nullus doctor magistrorum vel consiliariorum
sit ausus sigillare aliquam literam vel cedulam
per se ad partem super actibus predictis tangentia
universitatem Sed quod rector super predictis habeat
vocare omnes doctores magistros et consiliarios ad
certam diem et horam et tunc cum consensu
maioris partis petita deneget vel concedat

Nota

consensu maioris partis

Item Quia secundum beatum augustinum

donare res suas minimis et joculatoribus seu
instrionibus vicium immane est et non virtus et
laudatur per eos peccator in desideriis anime sue
et qui iniqua egerit benedicitur et qui dant talibus
non attendunt naturam operis dei sed nequitiam
operis humani Nam si homines tantum essent
minimi vero non essent nec eis donarent Et sic
honorant in eis vicium non naturam Fuit
tunc actum et ordinatum quod nullus eum assumitur
ad honorem doctoratus vel magisterii vel licen
vel baccallariatus audeat per se vel per alium
dare pecuniam vel vestes personis supradictis
die qua sic assumetur ante vel post nec alia
occasione quacumque quamdiu in studio trahet
moram nisi licentia speciali obtenta de rectore studii
Cum rector dare non possit nisi vocatis doctoribus
magistris et consiliariis et de consensu eorumdem
omnium et singulorum qui super predictis deliberare
et concedere habeant sub iuramento prout magis
eis videbitur expedire

Item Et nullus alius quam ille qui festum
celebrare intendit de universitate studii
presentetur per se vel per alium cuiuscumque conditionis
existat de et super predictis pro utilitate minorum et instrionum
predictorum quomodo audeat supplicare nec petere
nec aliqua impetrare

Item Quamvis absurdum extitit ut quis

cum voluntate et Imperitia ascendat ad honorem peritie
litterarum et quia aliqui Imperfectionem scientie credunt
perficere ut videntur tubarum et expensarum
superfluitate fuit tunc temporis ordinatum quod nullus
licentiandus sit ausus facere communium aliquale
nisi tantum si voluerit usque ad numerum viginti
studentium quorum socios et sentiferos ad eorum
expensas et sumptus ordinatos si habeat et bedellos
et banquerios includere non intendimus in premissis

L. sumptuosa

Item ex nullus sit ausus habere in sua
licentia ultra duo paria tubarum cum uno
tamborello qui in eundo ad ecclesiam et redeundo ad
hospicium tantum possit secum habere quibus
tubicinatoribus et tamborello dare pecuniam tantum
valeat et non vestes prout conventum fuerat inter eos

Item ex nullus baccallariandus titularius
seu libri inceptor in iure canonico vel civili sit
ausus incedere cum tubis nec facere communium
quantumcumque minimum existat exceptis
sociis proprii hospitii si voluerit et etiam duodecim
studentibus bedellis et banqueriis non exclusis

Item ex bedelli et banqueri prelibati ante
baccallariandum incedant cum coffis suis in
capitibus et cyrothechis in eundo ad scolas et redeundo.

Item ex nullus doctor vel magistrorum
actulegentium sit ausus ire per villam cum
baccallariando rogando aliquos cuiuscumque

De habitu

conditionis existant ex honori baccallari
velint interesse

Item fuit ordinatum ex nullus doctorum vel
magistrorum sit ausus facere communem magnum
vel parvum in principio nec in fine lecture sue
sed quod in psalmis et hymnis et canticis spiritualibus
laudes suo creatori reddat qui sua pietate eum cum
honore ad finem obtatum perduxit amen

Item statuimus quod pro principio lectorum in
theologia et doctorum in decretis non vacetur pro
eorum principio nisi dumtaxat in tercijs vel illa
hora qua inceperit et quia interdum doctores
in iure canonico et civili ut plurimum eis respondent
hinc addidimus statuto quod nec illa die nec alia
ratione responsionis cum eisdem comedere audeat
nec aliquomodo remanere

Item statuimus quod etiam nullus doctor
habeat crastinam nisi solemne fecerit
festum et ordinarie legere intendat et si festum
fecerit vel legere ordinarie intendat quod tunc
nullam crastinam habeat si in crastinum festum
aliquod occurrat

Item ex nullus baccallarius in domibus
proprijs tempore vacationis indicte sit ausus
legere cum per predicta satis eis sit provisum
aliter ad privationem gradus eis debite procedetur

Item cum secundum usum et consuetudinem

Crastina

[illegible] ationes
[illegible] dicte

Ordo prælectionū gramatices

studij tholosani et magistrorum tam in artibus quam in
gramatica sunt pro lecturis totius anni tam
ordinarijs quam extraordinarijs certi libri ordinati et
de artistis tantum est in statutis et etiam gramaticis
in yeme legere debeant de mane post declinationem
sui proverbij cum questionibus prisciani maiorem et
immediate postea de doctrinali et post de alexandro
et post comestionem post declinationem puerorum
faciendo per baccallarium principalem et
repetitionem lectionum habeant dicti magistri in
gramatica tempore yemali in nonis nonis legere
de ebrardo de historijs allexandri et hympnis et
de metrificatura in horis et temporibus per eos
ordinatis et consuetis et in vacationibus natiuitatis
domini habeant legere predicti magistri actores
et compotum manualem et in estate loco prisciani
maioris de mane legant de regimine et de
constructione postea unam lectionem doctrinalis
de declinationibus a principio inchoando et
continuando a principio allexandri et continuare
habeant de cetero lectionem ebrardi sic quod
ebrardus finitus sic revoluto toto yemis tempore
et estate statuimus quod nullus licentiatus baccalarius
repetitor scolaris sit ausus concurrere in scolis
nec extra scolas in libris nec in hora cum
magistris in artibus nec in gramatica nec eorum
baccallarijs principalibus in libris qui in

statutis aliis quantum ad artistas expressati
sunt nec cum magistris in gramatica nec eorum
principalibus ita pariter sint ausi concurrere
in hora nec in libris hic expressatis nec in
scolis nec extra nec yeme nec estate et hoc servare
teneantur sub virtute prestiti iuramenti et nisi
omnibus congregatis hoc rector dispensare nequeat
immo impediatur uno contradicente.

Item ex nullus repetitor nec scolaris nec Repetitor
in artibus nec in gramatica sit ausus tenere
cameram nec procurare sibi socios ultra nisi duos
in manu sui magistri sacrosanctis dei evangeliis
corporaliter a se tactis iuraverit per integrum
tenere et servare statuta universitatis et
mandatum rectoris quamdiu erit in studio et de
studio antedicto et si aliquis in generali vel
speciali per suum magistrum fuerit requisitus et
parere noluerit magistro et scolaribus tanquam Excommunicationis genus
rebellis vitetur et nichilominus denunciatur
rectori studii per quem rectorem contra talem
procedetur ut fuerit rationis Nomina vero
doctorum et magistrorum que in premissis
statuendis et ordinandis presentes fuerunt sunt
illa que sequuntur videlicet dominus raymundus
bernardi de fonte capreria doctor utriusque iuris
dominus adhemarus de chamaco doctor decretorum

Dominus bonifacius de falguario doctor decretorum
Dominus arnaudus de fuxo Dominus Johannes de
tonitio Dominus petrus de talliata Dominus Rondus
de sancto michaele Dominus Raymundus fabri
doctores legum magister hugo celleri magister
in artibus magr guillelmus boni hominis magister
petrus de banto magri in gramatica magr
bertrandus de verulholis magr in gramatica
et in artibus

Magri in gramatica

Item Considerantes q nulli nobiles et
potentes cum insignia assumunt doctoratus
sub eisdem vel eodem festo multi alii hora eadem
gaudent honore et contingit birretis insulis
insigniri banquerii q universitatis nre studii
thlani qui nris et baccallariorum ac etiam
scollarium insudant serviciis quibus a doctore
in laborum retributionem de panno novo ut
exinde supertunicale ~~super~~ quibus sibi facere
fieri valeat conferri est consuetum possitq
utrum a quolibet qui sub eodem vel eadem
hora recipit doctoratum prefati banquerii
super tunicali habere debeant esitari idcirco
universitate in simul congregata campana pulsata
ut fieri moris est de universorum consensu
duximus ordinandum ut amplius super hiis in
futurum non valeat dubitari q quolibet modo

birreti

predicto doctoratus ratione super tunicalis C. xx^ti
solidi turon. cuilibet banquerio solvere teneantur
cum istud ad omnes non debeat imputari. Et cum
satis in aliis oneribus supportentur. Et quia sepe
contingit quosdam eadem insignia in domo :- domus cancellarii tholosani
cancellarii thlam clam recipere doctoratus
Statuimus etiam et ordinamus quod tales
cuilibet banquerio quantitatem prefatam
solvere teneantur

Cum secundum sententiam sapientis personae
que debent honorari ubi honor debitus non
impenditur graviter ferant et maxime molestentur
Nos Rollandus de moyssiaco cancellarius
thlanus et nos petrus de talliata doctor legum
ac rector studii thlam relatio et querela coram
nobis propositis per venerabiles viros magrm
hugonem celleri et magrm bartholomeum
flexeri magros in artibus actu legentes in
studio tholosano in artium facultate et magrm
guillm boni hominis et magistrum petrum de
bacuta magistros in gramatica et magistrum
bertrandum de verniolis magrm in gramatica
et in artibus actu legentes in gramatice :-
facultate intelleximus quod licentiatus in artibus
et in gramatica ad magrm promovendum in
suis solemnibus principiis avaritia suadente

que radix est omnis mali non attendentes ad
tenditionem quam a suis magistris primitivis et
longinquis temporibus habuerunt nec labores
gravissimos quos pro promotione eorum magistri
presentantes habent pro re tam ardua sustinere cum
mediante labore sui magistri licen sint non
recordantes de documento morali accepti beneficii
memor esto occasione nulla vel modica principium
suum sub magistro extraneo facere non formidant
ymo quod maxime est vituperabile ac damnosum
non verentur sic magistros suos induere de panno sit
vili quod statum magistri non deceret nec ipsi de tali
se induerent si per eos de bursa propria emeretur
pelles tritas et veteres sic tradentes quod status magistri
amplius recipit vituperium quam honorem Evacuata
Cum mercede sit dignus mercenarius nos
cancellarius et rector supradicti volentes unicuique
iusta quantitatem et qualitatem laboris condigna
premia respondere unacum consensu doctorum et
consiliariorum et magistrorum Ordinavimus et statuimus
cum deliberatione et diligentia que debet in
talibus adhiberi et de cetero nullus licentiatus vel
licenciandus tam in artibus quam in grammatica sit
ausus suum solemne principium facere nisi sub
magistro sub quo licentiatus extitit nisi magister
per magistrandum certifficatus et requisitus dare

Nota esse discrimen inter licen et licenciandum et quid teneantur dare magistro suo

Respueret Insigna magistratus eidem magistrando
nisi iuxta ca. Interuenientes de qua nos cognoscere
haberemus vbi tamen proprius magister hoc facere
Respueret licenciatus alterum magistrum
possit eligere sub quo incipiat pro libito voluntatis
et tunc illi magistro sub quo incipiet sine diminutione
quatenusque in die sui principii dabit rampam
integram scilicet cappam vel manticam longam
cum caputio ad electionem magistri presentantis et
super tunicale cum caputio et tunicam tam de
eodem panno scilicet de panno frantie sic quod canna
dicti panni equipolat quindecim solidos tholosa
cum flore et cum foliaturis nouis et variis grossis
In caputio mantice vel cappe nullo adiecto
precio et cum foliaturis tuniculorum in mantica
vel in cappa et cum floraturis agnorum in super
tunicali et in caputio super tunicali competentibus
Et hec omnia teneantur de cetero magistri
presentantes et promouendi dare et persoluere
teneantur per integrum sub virtute proprii iuramenti
de quibus magistris presentantibus remissionis
cuiuslibet potentiam penitus amputamus

In super Cum nobis constet relatione
predictorum magistrorum et aliarum
fidedignarum plurium personarum quod scolares
ad statum baccallarii accedentes contra magistros

matea
Cappa vel mantea
sic leg. vt adnotauit
f. Roaldus v.e. cuius
est hec adnotatio
mantea

mantea vel cappa

Recipere

Jocalia dari consueta a baccal. in eccl.a de Tauro. ubi rondent de quaest.re

suos aliquas fraudes facere non aborrerent et spalt
In jocalibus consuetis dari In ecclesia de tauro
vel In scolis vel In loco ubi de questione magistro
Respondebant secundum quod est moris non attendentes
principium et fundamentum quod ab eis In scientia
et moribus habuerunt nec attendentes ad labores
quos pro eis sustinent et ordinando et disponendo
necessaria promotioni eorum scilicet
dando eis Jocalia que potius sunt pro pastoribus
vel veterculis quam pro bonis hominibus vel magistris
Et etiam ut memorare possent Jocalia dari
consueta magistris consueverunt plures In
magistrorum vituperium et preiudicium bini terni
et quaterni quam pluries Respondere ut unius
Jocalibus omnes possent evadere et transire
et cum eisdem magistris perquisiverunt frequenter
peccatum facere quod est nephas audire et si
hoc non possent cum magistro proprio facere
aliqui Ingratitudinis vitium non verentes
frequenter sub magistris extraneis Respondebant
Quocirca Nos predictus cancellarius thlan.
et Rector studii prelibati cupientes pro viribus
honorem et statum magistri observare de consensu
doctorum magistrorum et consiliariorum Statuimus
quod nullus magister habeat amodo aliquem
scolarem cuiuscumque conditionis existat

ad baccallariatus statum promouere nisi prius
prestito Juramento coram Rectore ut moris est Sub
cuius virtute teneantur dare magro suo cui
Respondent pro Jocalibus consuetis caligas de
panno frantie competenti et zonam et carnerium
sine bursam de bono serico et unum par gladiorum
Et cum emerint Ista Jocalia taliter compensentur
quod omnia Jocalia simul equipoleant quindecim
solidos thlan cum flore / Et si contingeret quod plures
vellent simul esse baccallarii vel ad procedendum
multis communiis vel aliis de causis quilibet
illorum de nouo Respondentium per integrum
soluat et faciat de predictis Jocalibus ac
si diuisim et singulariter Responderent Eue
magister non poterit remittere alicui nec in
toto nec in parte ymo a quolibet per
integrum Recipiet sub virtute eiusdem prestiti
Juramenti / omnia Jocalia antedicta nisi in
potentia esset de qua fidem teneatur facere
per proprium Juramentum Et istud statutum
cum proximo precedenti / quod incipit Cum secundum
sententiam ordinatum iiiº kal Junii Anno
Incarnationis domini millesimo .c.c.c.mo
xxxxº Eue sub Juramento volumus tam
per magros quam per magistrandos et scolares
et baccallarios et licenciatos tam in artibus

Baccalauri iurant in manibus rectoris

quid bacal debent dare magro suo pro dicto grad

Nō Dt magister remittere iocalia sine iusta causa

Baccallariandus

quod in gramatica sine licentiandos non committendo
fraudem aliquem per quam statuta hec possent presentia
infringi seu annullari inviolabiliter observari
Enare nos Rollandus de moyssiaco cancellarius
thlaunis et nos petrus de talliata doctor legum
Rector studii thlaun predicti sigilla quibus
fungimur in hac parte impendenti istis
statutis apposuimus In testimonium premissorum
ut observentur Et cum statutis universitatis
scribantur quandocumque predictis magistris
dictarum facultatum visum fuerit expedire
Datum die et incarnatione quibus supra

Quoniam nonnulli generis humilitate
demissi se verbothenus interdum sanguinis
nobilitas insigniunt et ambitionis ventositate
honoris titulos magis quam meritis appetentes
Cum eos gradum baccallariatus ascendere
contingit vacationem interdum pro tota die sepe
pro hora tercie predicte iactitate nobilitatis
pretextu importune petere seu per alios peti
facere non verentur Licet hiis quos generis
venustas exornat simplicitatis et modestie
ceteris esse debeant exemplar proprie etiam
laudis si que sit efferentes preconia contra

Dictum sapientis. Cuiuscumque prelationis
se indignos constituunt vagandi seu ut loquimur
verius vagandi et in solercii prebentes occasionem
pauperibus scolasticis quietem lacrimosam
preparant studium et universitatem nostram thlanam
in infamiam quod triste gerimus venire faciunt
non modicam et contemptum. Et quia inter
omnes totius orbis fame gloriosa possessione
pollebat nisi istis occurreremus ut timemus
verisimiliter preclare oppinionis quod absit
prodigalitatem incurrent. Nos igitur guillelmus
vaxie magister in gramatica rector venerabilis
universitatis studii tholosani de consensu
et expressa voluntate venerabilium dominorum
doctorum magistrorum et consiliariorum
pulsata campana ut moris est congregati
in capitulo fratrum minorum statum et
decorem universitatis predicte conservare
Et iuxta nobis possibile augere volentes
premissorum occasione proinde duximus
statuendum quod amodo pro principio alicuius
baccallarii in iure canonico vel civili directe
vel indirecte quacumque occasione vel
causa hora tercie vel alia hora vel
horis in studio thlano non inducatur
vaccatio quoquomodo nec ut aliquorum

Vaccetur

frandibus obmemus de facto aliqua die vel
hora ratione premissa in studio memorato
Sed quod baccallariandus tali hora et
tempore incipiat quod hora tertie doctoribus decretum
legentibus et aliis libera ex integro remaneat
ad legendum et sic de aliis sequentibus horis
fiat quas nullomodo ex causis predictis
abreviari volumus ymo prohibemus expresse
sane Quoniam in viris nobilibus et
generosis quam maxime universitatis decoratur
et aspectus dignum arbitramur Nos etiam
singulariter horum prerogativa letari
Dicit est quod statuimus quod si fuerit
aliquis in studio thlaneo qui habitu sede
et facultatibus nobilium meruerit consortium
et ut nobilis fuerit quam diu in studio steterit
notorie reputatus die qua baccallariabitur
per rectorem qui est vel erit pro tempore
vocatis specialiter ad hec doctoribus et
magistris et consiliariis et de omnium
consensu duarum partium in consilio
Cum de istis tractabitur presentium tercia in
aliquo non obstante dari possit et
concedi vaccatio pro hora tertie solum et
dumtaxat iuramento prius per baccallariandum
prestito quod horas alias per se vel alium

consensus duarum partium

~~anticipat~~ · anticipare · minime procurabit
Sed quia ut aethenus factum cognoscimus
possent de facto nonnulli omni rubore postposito
ficte nobilitatis occasione et ipsum violare et
fraudare statutum Addicimus quod talis etiam
ut premissum est nobilis vacationem non
habeat nisi et capam condecentem statui
doctorali donaverit doctori cuius in suo
principio auditorium exuerit profitendum
ut per statutum huiusmodi plurium
presumptuosa et inverecunda supplicatio
saltem ex hoc quod capam doctori suo dare
habeant refrenet et vacationum materia
sic bono communi universitatis damnosa
futuri exulet temporibus a nostro studio Glauo
Statutum autem huiusmodi acuitatis signari
volumus sub virtute per eos prestiti
iuramenti baccallariandi etiam iuvabunt
in rectoris manibus vacationem aliquem
non petere seu peti facere per alios nec
horas perturbare per campanam vel alias
Et non venire contra tenorem ordinationis
presentis.

Corpus misticum obtime 1374
regulatur cum invenitur naturali
et veritati conforme verumtamen quia

Nos aycardus de quimballo decretorum doctor cancellarius
studii tholosani et guillermus vaysserie magister in
grammatica rector eiusdem studii intelleximus aliqualem
defensionem inter nonnullos magistros in sacra theologia
de emolumento seu vestibus debitis seu poenis gratiose
dandis per magistrandos in sacra theologia Ac in
vigore statuti nuper edicti quamvis ut dictum est esset
gratiosum dare bancariis magistrorum insignia eis
conferentium ultra emolumentum aliis dari consuetum
vel statutum in quo statuto nuper facto ita continetur

Item statuimus quod magistrandi in sacra
theologia cuilibet duorum bedellorum et bancario
maiori ac bancarium magistri sui vel auditorii quod
auditorium magister qui dabit insignia profitebitur
si non sit nec fuerit regens kathedram aliquam cuius
detur in favorem magistrantis tantum solvere
teneantur quantum faciunt iuriste doctorandi scilicet
vestes condecentes et integras solveratas secundum condicionem
temporis vel si non dent vestes det eis quilibet
cuilibet predictorum sex francos auri Idcirco nos
cancellarius et rector predicti [illegible] fecimus super
hoc vocari per bedellos magistros in theologia doctores
utriusque iuris magistros utriusque artis regentes
consiliarios iuris canonici et civilis tracta campana
ut est moris de consilio predictorum concorditer
statutum predictum sic duximus declarandum et

quid habet bedelli a magistris et doctoribus

In veritate interpretandum quo ad factum bancariorum
magistrorum insignia conferentium videlicet quod
statutum amodo observetur et perpetuo teneatur ita
videlicet quod prout gratiose sit et observatur quo ad
bancarios iuristarum doctorum insignia conferentium
per omnia ita fiat et observetur quo ad bancarios
theologie magistrorum insignia conferentium Et
quia illi qui non fuerunt nec sunt regentes non
possunt pretendere bancarium se habere declaramus
et precipimus quod bancarium alicuius scole sibi et
magistrando magis ydonee eligant et profiteantur
in actu predicto et illum bancarium gaudere
volumus dictis vestibus vel emolumento predicto
Nostram autem declarationem volumus et
mandamus sigilli cancellarii et studii predicti
sigillari ad maiorem et perpetuam roboris
firmitatem Datum in domo dicti domini cancellarii
sexta die mensis aprilis anno domini millesimo
CCC^mo septuagesimo quarto

Statuta antiqua theologie facta tempore domini aymelii de lautrico rectoris cancellarii vestri studii scholosam

In nomine domini amen Noverint
universi Et anno nativitatis eiusdem
millesimo CCC^mo lxvi^o Inditione quarta die
xx^a mensis decembris pontificatus sanctissimi
in xpo patris et domini nostri domini urbani
divina providentia pape quinti anno quarto
In mei notarii et testium infrascriptorum

1366.

ad hec vocatorum et rogatorum presencia generali
congregatione mandata per bedellos studii thlani
ut ibi dictum fuit campana pulsata ut
est moris dicti studii et ut in talibus est fieri
consuetum Convocatique et congregati pariter
ad infrascripta pagenda ut principaliores
de corpore dicti studii quod se ipsis et aliis
absentibus in caplo claustri domus seu
ecclie fratrum minorum thle videlicet
venerabiles et circumspecti viri domini
aymelius de lantrico cancellarius thlanus
decretorum Austorgius de galhaco Rector
universitatis dicti studii thlani legum
excellentissimi professores venerabiles ac
religiosi viri fratres Arnaudus de serranno
minister provincie aquitanie ordinis minorum
bernardus barrani franciscus de fabrica
petrus de dorassio eiusdem ordinis minorum vilheti
ordinis carmelitarum bernardus tholosani
bartholomeus de riperia bertrandus de meloto
ordinis predicatorum petrus dominici provincialis
ordinis augustinorum bernardus pinali eiusdem
ordinis augustinorum Et conventuum thle
magri in sacra theologia viriqz venles et
discreti domini petrus mercerii decretorum
Raymundus de sabamaco legum doctores

magistri Johannes de furno in artibus
Johannes Jabioli stephanus albareti in
grammatica magistri nobiles et discreti
viri Robertus de villanuvo aymericus
Rigaldi in legibus baccallarii dicte
universitatis consiliarii ac dominus
Johannes de thilia licentiatus in legibus
eiusdem universitatis scindicus palam et
publice in dicto capitulo et alta voce
publicari mandarunt et fecerunt per
discretum virum magistrum guillelmum Rubey
bedellum dicti studii statuta que sequuntur

Ad laudem dei et virginis marie
ac conservationem venerabilis studii
thlam fuere facta statuta super facultate
theologie que sequuntur. Additiones vero
istis statutis apposite fuerunt prefatis
statutis addite de voluntate ordinatione quoque
et consensu reverendissimi in xpo patris
domini aycardi de quinballo cancellarii
thlam decretorum doctoris et etiam totius
universitatis domino petro raymundi de
podio bustano existente rectore anno domini
millesimo cccmo octuagesimo nono

Quibus theologi habeant prestare juramentum

Primo statuimus quod theologi
baccallariandi licentiandi magistrandi

habeant Jurare In manibus dominorum cancellarii
et Rectoris sicut faciunt Juriste Bibliti autem
In manibus domini Rectoris prout titulariandi
In Jure volumus tamen quod Religiosi ostendant
licentiam sui prelati vel alterius superioris

De vesperiis et aula et responsionibus earundem

Item Statuimus quod magistrandus In
sacra theologia ante Receptionem
magisterii sui ac solemnis principii habeat
facere vesperias suas In loco ubi magister
suus duxerit ordinandum et ante vesperos ac
diebus legibilibus tempore a quadragesimali
Et adventus de mane tunc vero vacet solum
facultas theologie sicque magister qui tenebit
cathedram legat illa die et alii non In qua lectione
baccallarii omnes et Inferiores graduati teneantur
Interesse ullus autem In vesperis respondeat
nisi In theologia fuerit graduatus nec In
magisterio nisi baccallarius formatus
fuerit quam tunc formatum dicimus ad hec ex
quo secundum sententiarum principium fecerit
In hac universitate modo et ordine consuetis Si
autem huiusmodi graduati comode haberi non
possent alii graduati legentes sententias
In hoc casu Juxta conscientiam et ordinationem
magistri valeant respondere Sed quo ad
responsionem magisterii si non habeant formatum

Recipiant alios cum licentia domini cancellarii
et etiam voluntate. Prima resumpta et determinationibus

Item statuimus quod pro resumpta magistri
Ironi qui eam facere voluerit vacetur
hora vesperorum dumtaxat quod campana
possit anticipari de duobus punctis. Sic quod
servetur per omnia sicut de doctoribus novis
volentibus repetere honorarie est fieri consuetum
Determinationes vero magistrorum fiant de
mane et tunc vacet tota facultas theologie
quibus resumptis et determinationibus omnes
theologi tam baccallarii quam studentes debeant
interesse. Questiones vero et argumenta ad
invicem magistri determinantes communicent ut
eas dixerint et in forma. De incorporandis

Item statuimus quod magistri in theologia
incorporandi habeant prestare iuramentum
in manibus dominorum cancellarii et rectoris
prout per illos in iure et aliis facultatibus est
prestari consuetum. Et si assumant lecturam
dicti magistri incorporandi solvant universitati
iuxta statutum antiquum prout doctores
incorporandi etiam banquerijs et bedellis nullus
tamen ad magisterium assumatur nisi
hic legerit ordinarie sententias aut super
hoc a domino nostro pape gratiam habuerit specialem

privilegium pp

Illi qui aggregante ultimum locum tenent.

In incorporationibus autem magistrorum et doctorum vocentur omnes regentes et fiat de consensu omnium aut maioris partis cum integra solutione omnium iurium qui incorporati ultimum locum teneant inter magistros et doctores qui ante illorum incorporationem sunt magistrati vel doctorati nisi essent nobiles persone in quibus merito esset aliud observandum quod arbitrio domini cancellarii et rectoris relinquatur

De presentatoribus baccallariandorum

Item statuimus quod quilibet theologus ad legendum sententias ordinatus domino cancellario per magistrum suum presentetur prout de baccallariandis in iure est fieri consuetum

De ordinandis ad legendum sententias

Item statuimus quod seculares et religiosi non mendicantes ordinati ad legendum sententias non recipiantur nisi decennium compleverint in theologica facultate vel audiendo vel legendo et nisi prius legerint biblia vel cursus suos fecerint ut supra est expressum volumus autem quod sit infra sacros vacet autem tota facultas theologie in principio cuiuslibet anni tam in inceptione baccallariorum quam etiam biblistarum

De baccallariis estivalibus

Item statuimus quod nullus ad lecturam sententiarum in vacationibus admittatur nisi a domino nostro papa haberet licentiam specialem

Baccallarius autem estivalis legat per duas
estates in qualibet legendo quos libros tantum et
faciendo duo principia tantum et incipiat prima
die Julii et terminet lectiones nona die septembris

Quod baccallarii legentes non iniurient se mutuo et de vacationibus dandis legentibus

Item statuimus quod legentes sententias
faciant honeste et sine quibuscumque verbis
offensivis aut elatis sine scandalosis suas
collationes et principia omni iniuria cessante
servatoque sibi invicem congruo honore ac decenti
sibique mutuo tam questiones quam argumenta
fideliter et integre tradere teneantur et
maxime questiones contra quas voluerint
arguere et rationes ad quas opus erit respondere
et quod pro principiis ipsorum non vacent alii
baccallarii legentes sententias nisi pro primis
commutaxat vacationes aut ipsorum et
biblistarum recipiantur temporibus et horis
iuristis secundum statuta et observantias
dari consuetis

Quod baccallarii legant textum sententiarum perfecte

Item quod legentes sententias legunt
textum ipsarum ordinate et exponunt
ad utilitatem auditorum

Quod legentes non tractent materias peregrinas

Item quod legentes sententias non tractent
questiones aut materias logicales vel fisicales
nisi quod textus sententiarum requiret aut
solutiones argumentorum exhigeret sed moneat

et tractant questiones theologicas speculatiuas
vel morales ad distinctiones pertinentes

Quod nullus legens sententias teneat cisternam ante se

Item Et nullus legens sententias legat
questionem suam ante suum principium per
caternum aut alias in scriptis non tamen propter
hoc inhibemus quin baccallarii possint portare
ad cathedram aliquid ex quo possint si necesse
fuerit sibi reducere ad memoriam aliquas facultates
tangentes questionem suam aut argumenta seu
auctoritates ad ipsam questionem seu aliquam
expositionem pertinentes

Quod nullus legens sententias tradat lectionem suam stationariis

Item Statuimus quod nullus baccallarius
qui sententias legerit suam lecturam
sententiarum communicet tradendo stationariis
directe vel indirecte quousque sua lectura fuit
per cancellarium et magistros predicte facultatis
examinata

De tempore inter lecturam et licentiam baccallariorum

Item Statuimus quod nulli baccallarii qui
sententias legerunt si gradum magisterii
obtinere desiderant stare in studio tempore
inter lecturam et magisterium inter medio teneantur
ut eorum scientia mores et vita certius
comprobentur nisi religiosi fuerint eorum
prelatis aut si seculares domino cancellario
et rectori aliud videretur

De habitu legendorum secularium

Item Statuimus quod quicumque qui sint

Il est destandu de lire dans le Cayer en inseignant

lectura debet examinari et aprobari

seculares incipientes ex quo inceperint legere
sententias etiam cursores ac biblici in dicto studio
tholosano incedant per villam in habitu suo
statui et honori ac gradui dicte facultatis
condecenti maxime eundo ad scolas ecclesias
sermones et alios actus universitatis

De licenciandis et magistrandis in theo

Item statuimus quod nullus licenciatus
in theologia vel legens sententias possit
recipere insignia magistrii sub aliquo
magistro nisi dumtaxat illo qui eum presentavit
et sub eo legere inceperit sententias videlicet
sub illo qui post inceptionem suam vel ante
vel in crastinum beati post missam sancti
spiritus cathedram possidebit in qua lectura
sententiarum continuabit non obstante presentatione
per alium facta nisi de licentia et auctoritate
illius hoc fieret. Si tamen magistri morosa
absentia in detrimentum licenciati verteretur
evidenter per ordinationem domini cancellarii
de consilio omnium magistrorum vel maioris
partis ipsorum regentium sub magistro alio
suo statui tamen vel ordini condecenti valeat
magistrari et super mora stetur statuto iuris stare
Et istud iurare teneantur cum baccallariabuntur

De lectura cursorum et bibliscarum

Item ut studentes non per saltum

Sed secundum merita promoveantur ad honores
in facultate predicta. Statuimus quod cursores
theologie suos cursus legant ordinate textum
exponendo glosas notabiles declarando ita quod
legant quos libros et biblia scilicet unum
de veteri testamento et alium de novo antequam
vero seculares ad legendum dictos libros
admittantur per primos septem annos compleant
in theologia audiendo nisi dominus cancellario
et rectori aliud videatur. Et tam isti quam alii
religiosi legant tam vetus quam novum
testamentum quando erunt ordinate
bibliste.

Adiicientes ex nullus biblicus contra
baccallarium replicet sed tantum
collationem# poterit facere vel loco collationis
unam perlegere lectionem. De modo legendi cursorum

cum dicione biblie faciat primo anno sequenti vero anno collationem

Item statuimus quod nullus cursor
biblie secularis legere presumat
ultra unum capitulum in una lectione
de libro quam leget. Quando cursor debet respondere magistro suo

Cursores

Item ex quilibet cursor in theologia
tempore inter medio inter primum cursum
et sententias respondere teneatur magistro
suo semel ad minus. De scolaribus biblie secularibus

Item statuimus quod scolares seculares
qui noviter incipiunt audire theologiam
primis quatuor annis portent vel portari
faciant ad scolas magistri biblici bibliam
in qua lectionem biblie audiant diligenter

Libri portandi

De scolaribus sententiarum

Item et scolares noviter librum
sententiarum audiantes primis quinque annis
librum sententiarum portent seu portari
faciant ad scolas baccallarii a quo
sententias audient et textum sententiarum
audiant diligenter

Quod nullus theologus scolaris magistretur nisi sit magister in artibus vel in canonibus

Item statuimus quod nullus theologus
secularis magistretur nisi sit magister
in artibus de doctoribus autem ac magistris
aliarum facultatum dispositioni domini
cancellarii cum consilio magistrorum regentium
vel maioris partis ipsorum relinquatur

Magistrandus in theologia sit magister in artibus.

De sedibus

Item statuimus quod graduati in theologia
in sedendo in scolis suis videlicet in
scolis theologie servent per omnia eundem
modum honorem quem servare debent et
consueverunt iuxta ordinationem magistri
scole in actibus vero universitatis concedant
cum iuristis graduatis videlicet licenciati
cum licenciatis et baccallarii cum baccallariis
biblici autem et cursores subtus predictos

Inter se curialiter alter alterum honorantes

De subiectione baccall. et licen. et de pena offendentium magistros

Item statuimus quod licentiando ad magisterium cum antedicta compleverit singulos magistros in scolis suis visitare teneatur tam in lectionibus quam in disputationibus et eorum examini se submittat respondendo de questionibus ordinariis ~~singulos magistros in scolis suis visitare teneatur tam in lectionibus quam in disputationibus et eorum examini se submittat respondendo de questionibus ordinariis~~ vel de quolibetis eisdem magistris

scl3 cuilibet magistro regenti saltem semel si magister voluerit acceptare et habeat visitare et etiam honorare baccallarios actu legentes qui in suis lectionibus caveant insuper quod cum omnimoda reverentia et honore se habeant circa magistros et nullomodo eis iniurientur verbo vel facto quod si contrarium fecerint ad magisterium et ad licentiam non promoveantur donec condignam emendam fecerint iuxta arbitrium domini cancellarii et rectoris prout ad quemlibet eorum pertinebit cum consilio omnium magistrorum in theologia tunc presentium vel maioris partis eorundem Et idem de iuristis iniuriantibus cum

consilio doctorum utriusque iuris per omnia observetur
Ita quod secundum qualitatem offense predicti
cancellarius et rector prout ad quemlibet eorum
pertinet possint convocare suum consilium cum
magistris et doctoribus antedictis, et cum aliis
aliarum facultatum. Et si necesse sit cum
tota universitate prout eis videbitur faciendum.
Et cum consilio aliorum cum quibus secundum
statuta et observantias negotia cancellarie et
universitatis habent tractare et etiam
expedire. Additio. Idem de vaccallariis biblicis
et cursoribus observetur.

Negotia cancellariae

De condictionibus theologorum qui debent admitti ad legendum

Item statuimus quod nullus cuiuscumque
conditionis existat vel eminentie illegitime
tamen natus vel turpi infamia maculatus
ad licentiam admittatur sub qua negativa
intelligimus quemcumque religiosum qui a
suo ordine apostatauerit. Et quo ad mandicantes
mandicantes quemcumque in suo ordine incarceratum
vel extra vel cui de meritis exhigentibus ordo
seu prelatus in eo iuxta eius statuta vel
regulam carcerem debitum relaxasset vel
ex notabili defectu esset incarcerandus propter
sua demerita. De quibus dominus cancellarius
iuxta precepta in bullis papalibus theologie
universitatem tangentibus ab illis cum quibus

Illegitimus infamis apostata regularis ac mendicans qui penam carceris meruit a gradu repellitur

melius informari poterit interroget bona fide
Et idem de aliis facultatibus observetur

De presentatione licenciandorum et examine

presentation de ceux qui doivent estre faitz licentiez doitesbe faitte par les prosteseurs

Item statuimus quod licenciandus ad magisterium
qui hic fecerit cursus suos presentetur domino
cancellario presentibus magistris in theologia
regentibus sicut in bulla domini Innocencii
sexti continetur. Et si necessitas fuerit aliis
magistris si qui sint de corpore universitatis
convocatis et presentet eum magister ~~eum magister~~
suus sic quod si maior pars pro eo deponat
licentietur in facultate theologica pro
dominum cancellarium vel eius locumtenentem
vel per alium per eum ad hoc deputatum quod
si secus repertum fuerit repellantur. Si
qui vero qui hic cursus suos non fecerunt
et per bullam specialem fuerint ad licenciam
presentandi prius examinationem secretam
subeant prout extitit actenus consuetum
Ita quod cuilibet magistrorum regentium respondeat
saltem semel nisi aliter ob causam rationabilem
magistris aut alicui magistrorum ad huiusmodi
responsionem responsionibus supercedendis
videretur nisi tenor bulle aliter se haberet
Item voluit insuper dominus cancellarius
omnes privatum examen subeant
secundum predictam formam prout nunc

faciunt inspectis dignitatibus et sufficientiis
personarum quas in iuristis consueuit obseruari
non derogantes priuilegiis papalibus. Sed quia
eadem priuilegia conscientiam suam onerant
iuxta consilia magistrorum voluit per presentiam
suam de sufficientia et insufficientia informari
cuiuslibet ut sua conscientia sit clara et penitus
manifesta. Cum exactum examinationis
priuate inter alios actus perfectio hominis
scientiffici cognoscatur. Et ex hoc non intendebat
malum facere. Sed fidem ortodoxam theologie
honorare et augmentare ad maiorem utilitatem.

De tempore expeditionum

Item statuimus quod expeditiones licenciandorum
fiant per dominum cancellarium de biennio
tantum in biennium. Et hoc in parte anni que
sibi ad hoc magis videbitur opportuna et fiat
expeditio pro qualibet scola. Ita quod baccallarii
venientes cum bulla que admittantur ad
lecturam locum baccallariorum ordinarie
legentium non impediant in expeditionibus
faciendis. Ita tamen quod tempore biennii ordinatum
pro expeditionibus non possint abreuiari nisi
de consensu omnium magistrorum aut maioris
partis. Per hanc autem ordinationem
baccallarii quod anno presenti expedientes non intendimus comprehendi

le temps des expeditions des bacheliers

1 additio

De arguendo in quibuscumque actibus theologie

ordre qui doit estre tenu par ceux les argumentateurs

Item Statuimus quod in quibuscumque actibus in quibus habent arguere graduati arguant suo loco per omnia prout est inter eos ordinatum sic quod magister tenens cathedram iuxta voluntatem suam penitus habeat disponere et quilibet arguens et penitus obedire sic quod in hoc nulla quo ad religionem nec ad personam reputetur offensa

De lectionibus resumendis per magistros

Item Statuimus quod magistri resumentes lectiones suas vel theologiam ordinarie legere volentes in studio thelano singulis annis in festo beati luce post sermonem in cathedra ubi dicetur sermo universitatis faciant se iudici per suam presentiam prout faciunt doctores et magistri aliarum facultatum et in crastinum sancti luce post missam sancti spiritus que dicitur clara die in ecclesia fratrum minorum quilibet in scolis suis suas incipiant legere lectiones nisi de predictis absentia eum merito excusaret de qua constet rectori studii antequam per alium incipere possit prout continet statutum aliarum facultatum in statutis papalibus contentum nec prima inceptio baccallarii qui primo inceperit ante resumptionem magistrorum eis in aliquo preiudicet Nam intelligimus quod sub magistro qui post eum in crastinum sancti luce post missam sancti

missa sancti spiritus que dicitur clara die in ecclesia fratrum minorum in crastinum sti luce

spiritus inceperit talis. Baccallarius senceatur
incepisse cum omnes baccallarii theologi suas
lectiones in simul in crastinum animarum habeant
incipere prout faciunt iniuste. Nam uniformitas
studii et necessitas conventuum attenta religione
patrie ad hoc nos abstringit. Addicio per quam corrigitur
ultima clausula istius statuti. Baccallarii
autem theologi propter prolixitatem libri sententiarum
post omnia prima principia statim suas lectiones
incipere teneantur et inceptas continuare. De inceptionibus baccallariorum et bibliarum

Item statuimus quod omnes baccallariandi
volentes incipere ad legendum sententias
habeant incipere anno quolibet ante festum
omnium sanctorum nisi essent tot quot dies legibiles
eis habundare non possent cum habeant sibi
invicem conferre et unus cum alio disputare et
tunc prorogatio arbitrio rectoris relinquatur.
Primo baccallariandus de carmello decem dies
septembris secundo baccallarius sancti stephani
videlicet duodecim dies septembris. Tertio
baccallarius augustinorum videlicet quatuordecim
die septembris. Quarto baccallarius universitatis
videlicet decimasexta die septembris. Quinto
baccallarius minorum decima octava die octobris.
Sexto baccallarius predicatorum videlicet vicesima die
octobris. Si vero sint aliqui alii baccallariandi

Baccalariandi legant.

de collegiis vel de scto bernardo vel de aliis locis
Illi inter religiosos collocentur vel alii arbitrio
rectoris biblici autem et cursores post festum omnium
sanctorum eundem modum per omnia observando
Sic quod inter duo principia intercipiatur ad minus
una dies legant aut suas lectiones continuando
usque ad festum apostolorum petri et pauli exclusive
Et si ex negligentia vel culpa alia lectiones
obmiserint ipsas antequam ad licentiam admittantur
restituere teneantur nisi per dominum cancellarium cum
ipsis de magistrorum consilio fuerit misericorditer
dispensatum Additio Nullus autem ad
lecturam libri sententiarum admittatur post festum
omnium sanctorum nisi contingeret scolam
carere baccallario per mortem Quo casu
alius circa festum purificationis dumtaxat
possit intrare sententias qui post festum apostolorum
petri et pauli pro tot dies legibiles legat quod fuerit
cessatum ante suum principium De disputationibus estimabilibus

Item Statuimus quod a festo apostolorum petri
et pauli usque ad inceptionem baccallarii
omnes baccallarii et ceteri graduati In
universitate presentes omni ebdomada una die
dumtaxat scilicet veneris vel alia Si in illa
comode fieri non posset iuditio presidentis ad
disputandum in scolis universitatis debeant
congregari in quibus cursores successive presideant

Venerina continetur in statutis

Disputationes

vel aliqui loco eorum vel si illi vero fuerint impediti
Iudicio suorum magistrorum Regentium et illi questiones
Responsali proponant Et contra eum principaliter
arguant et replicent tantum bis Cetera autem
graduati secundum sua primogenita arguent et
replicent quam et quotiens eorum placuerit voluntati
nisi presidenti aliud videretur prima autem questio
disputanda per bedellum denunciabitur in prima
disputatione per presidentem postquam arguere
cessaverit et ita erit de aliis consequenter disputationes
autem fiant in predictis scolis eodem ordine quo
baccallarii incipiunt lectiones Additio in estivis
autem disputationibus semper presideat baccallarius
formatus qui in prima disputatione faciat
collationem solemnem et istud obseruetur secundum
ordinem quem habent baccallarii in principio
Ita quod toto illo anno sit ibidem ille presidens et sic
alii suo ordine consequenter Et nullus respondeat
in eisdem nisi sit baccallarius formatus vel in
deffectu eiusdem sententias immediate lecturus
Per hanc autem additionem corrigitur precedens
statutum in multis

Quantum habent solvere bedellis studentes seculares theologie

Item statuimus quod scolares in theologia
solvant bedellis pro salario tantumquantum
faciunt scolares in iure

Quantum habent solvere baccall. bedell.

Item baccallariandus quilibet ad legendum

R n bis

ordo arguendi proponendi

5a

baccalaureus formatus

sententias destinatus dare teneatur cuilibet duorum bedellorum
unum francum Quantum habent solvere biblici bedellis

Item Quilibet biblicus dare teneatur cuilibet
duorum bedellorum medium francum vel
valorem quia habebunt eis servire per biennium
cum tantum eorum lectura habeat durare ut
superius est expressum Et quilibet solvat ante
inceptionem suam Quantum habent solvere cursores bedellis

Item Quilibet cursor quinque solidos turon
cuilibet duorum bedellorum dare teneatur Quantum habent solvere licen bedellis

Item Quilibet licenciatus in theologia duobus
bedellis viginti solidos turon dare teneantur pro
faciunt licenciandi in iure Quantum habent solvere magistrandi bedell

Item Statuimus quod magistrandi in sacra
theologia cuilibet duorum bedellorum ac banquerio
maiori et banquerio magistri sui vel auditorii
quod auditorium magister qui dabit insignia profitebitur
si non sit nec fuerit regens cathedram aliquam
Tamen detur in favorem magistrantis tantum
solvere teneatur quantum faciunt iuriste doctorandi
scilicet vestes condecentes et integras solvatas secundum
conditionem temporis vel si non dant vestes dent
eis quilibet cuilibet predictorum sex francos
aliis autem banquariis videlicet duos florenos
auri cuilibet Ita tamen quod banquerius maior
teneatur bancas scolarum theologie solum illas

que facte fuerunt conductas tenere ponendo tantum clavos et manum fusterii

Item volumus quod baccallarii nunc formati hiis statutis pro expectatione temporis quo ad magisterium recipiendum non ligentur sed expediantur de presenti baccallarii autem principaliter actu legentes superioribus statutis quo ad omnia sint ligati

baccalaurei formati

Nos vero Cancellarius et Rector cum consilio per hec statuta non intendimus preiudicare statutis nec mandatis aplicis ymo retinemus quod possimus augere ista et diminuere et in melius reformare secundum quod mandata aplicam et futurus eventus temporis et dispositio omnia hic requiret. Dicti vero cancellarius et Rector prefatis statutis publicatis ut visum est ac omnes predicti presentes ibidem predicta omnia et singula ex certa scientia aprobaverunt et confirmaverunt pro se et suis successoribus quibuscumque nomine suo ac universitatis studii antedicti de quibus omnibus et singulis prefati domini cancellarius et Rector et sindicus prelibatus nomine quo supra requisiverunt fieri unum vel plura publica instrumenta sigillis cancellarie et universitatis studii prelibati premunita Acta fuerunt hec ut premissa sunt tercie anno die et mense indictione pontificatu et loco predictis. Presentibus discretis viris dominis petro la fraysenessa de bragazraco

Statuta mutari possunt

stephano bonis de sarlato ecclesiarum rectoribus bernardo
troba pbro petragoricen et conuen diocesis, et pluribus
aliis testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis
per me notarium prefatum infrascriptum. Et ego
Arnaldus de Langres ciuis tholosanus publicus
auctoritate aplica notarius premissis omnibus
et singulis dum sic agerentur et fierent ut prefertur
vnacum prefatis testibus presens fui eaque recepi in
notam et publicam et in hanc formam publicam redegi
aliisque occupatus negociis feci per alium fideliter scribi
Et hic in anni mea propria subscripsi signumque
meum apposui consuetum in testimonium premissorum
Rogatus et requisitus

¶ Statuta theologie primo facta tempore domini aycardi de
quinballo cancellarii venerabilis studii tholosani

1380

Ad honorem omnipotentis et nre
tholosane vniuersitatis honestatem ut
in promouendis ad magisterium in sacra
theologia decencius reguletur Nos aycardus de quinballo
decretorum doctor et dicte vniuersitatis cancellarius
de viraminii consilio voluntate pariter et consensu
omnium magistrorum. Scilicet bernardi thlonii ordinis
predicatorum bernardi naqueri ordinis heremitarum
sancti augustini johannis aigrani ordinis cisterciencium
arnaldi bernardi aymerici ordinis predicatorum

assini de alba Ruppe ordinis carmelitarum ar-
berengarii ordinis predicatorum In theologia
Regentium In dicta universitate ad perpetuam
rei memoriam perpetuo et inviolabili edicto
statuimus et servare promisimus que sequuntur
medio iuramento. Ex baccallarii habeant resignare bulle antequam incipiant legere

Primo Cum propter lecturas extraordinarias
que ad preces multorum importunas et
importune mendicatas potius quam propter sufficientiam
oportet aliquando concedere odia scandala et dissentiones
oriuntur que pro posse intendimus precavere ut
statutis parisiensis nos conformemus iuxta bulle
tenorem statuimus quod nullus cuiuscumque
gradus aut conditionis sive religionis existat de
cetero valeat ad lecturam sententiarum estimalem
sive extraordinariam per litteras aut ad preces quorumcumque
dominorum admitti sine cum preiuditio bullarum
papalium quod si per huiusmodi bulle de mandato
domini nostri pape aliqualis imposterum oporteret
admittere statuimus quod talis primitus iuret
In manu domini cancellarii in presentia omnium
magistrorum In theologia Regentium quod nec ad
licentiam nec ad magisterium In theologia petet
aut procurabit admitti per se vel alium nec
licentiam aut magisterium accipiet vigore huius

Universitas Tolosana debet esse conformis parisiensi.

Magistri ex bulla.

bulle sed dicto rescripto sine bullis resignando
gratie domini cancellarii se submittet ut ipsum de
consilio magistrorum vel in maioris partis tempore
debito cum sibi visum fuerit ad honorem magisterii
valleat promovere. Et baccallarii estivales legant per duas estates

Inabit nichilominus talis quod in casu quod
huius lectura extraordinaria concedatur
continuabit lectiones suas per duas estates a
prima die julii usque ad vigilicum beate marie virginis
exclusive. Et in prima estate faciet tantum duo
principia et in secunda faciet alia duo principia.

Ex nullus baccallarius admittatur ad sententias nisi
legerit bibliam vel sententias in aliquo studio generali.

Item ne in promotione insufficienti valeamus
decipi odiaque ac indignationes potentum supercinz
rationabiliter possimus evadere statuimus ut nullus
religiosus de cetero ad huius lecturam extraordinariam
admitti valeat nisi prius legerit sententias in
aliquo studio generali sui ordinis aut bibliam in
aliqua universitate legerit sine biblie cursum
fecerit. Et quo per iuramentum aut testes sufficientes
fidem facere teneatur de non religiosis autem
modus in statutis antiquis observetur huiusmodi
autem admissio ad talem lecturam extraordinariam
fieri habeat de consilio et voluntate omnium

magrorum in theologia vel maioris partis et ut de
talium sufficientia valeamus plenius informari
statuimus ut antequam aliquis cuiuscumque status
existat lecturam sententiarum incipiat sive
ordinariam sive extraordinariam aut primum
principium faciat postquam admissus fuerit teneatur
alicui de magistris de ordinaria respondere

ordinarie ac
extraordinarie
monetur in theologia
baccalarii

De pena offendentium dominum cancellarium et universitatem
seu facultatem theologie et magistros eiusdem

Item que iuxta et sapientis consilium derisores
et brigosi sunt de pacificorum collegio expellendi
ut cum eis iurgia et discordia et scandalla
pariter excludantur statuimus quod nullus
cuiuscumque gradus aut status conditionis sive
religionis existat ad quamcumque lecturam
theologie in ista civitate possit admitti qui
aliquomodo offenderit vel turbaverit directe
vel indirecte universitatem dominum cancellarium
et facultatem theologicam aut etiam aliquem
magistrum sive causa fuerit turbationis discordie
vel offensionis qualitercumque nisi prius sufficienter
satisfecerit domino cancellario universitati seu
parti offense iuditio domini cancellarii rectoris
ac etiam omnium magistrorum in theologia

pena

Ex nulla scola habeat eodem anno duos baccallarios
nisi in casu

Item inordinatam multiplicationem magistrorum

pro posse vitare cupientes Statuimus ut nulla
scolla in nra universitate thlana duos infra
unum annum habeat baccallarios concurrentes
aut et consequentes nisi in casu in quo primitus
admissus fuerat ante festum purificationis naturaliter
vel civiliter mori contingat vel alias legitime
impediri iudicio domini cancellarii et omnium
magistrorum regentium in theologia in quo
casu concedimus quod loco illius taliter impediti
ante predictum festum possit in illis scolis alius
substitui ne scola aliqua habeat tanto tpre
baccallario sine culpa carere sic tamen quod talis
taliter substituens habeat tot lectiones quot
a principio perdidit tempore vaccationum estimalium
immediate sequentium emendare

¶ Ex expeditiones non fiant tempore estatis

Item ut actus scolastici tempore studii non
tempore vaccationum valeant exerceri
Statuimus ut amodo baccallariis in theologia
licenciandis primatum examen preludatur
a prima die julii usque ad festum bti michaelis
septembris licencia autem et alii actus publici
pro magisterio fiendi tempore quo dominus
cancellarius cum magistris in theologia utilius
iudicaverint concedi valeant et ab illis publice
exerceri

le temps des actes doit estre reglé par le chancellier et par les professeurs tous ensemble NA

¶ Ex expeditiones fiant de biennio in biennium

Item ut in expeditionibus ordinatus

valeat tenere processus scole etiam theologie non
possint subito baccallariis formatis spoliare
subito Statuimus ut expeditiones non fiant
nisi de biennio in biennium modo qui sequitur
videlicet quod computando a festo omnium sanctorum
proxime venturo quo computabitur anno domini
millesimo . ccc^mo . lxxx^o . expeditis expediendis
isto anno sequenti quo computabitur . lxxxi^o
nullus expediatur sed expectetur annus . lxxxii Et
sic semper deinceps incipiendo annum expeditionum
in festo omnium sanctorum Et duret usque ad
primam diem julii vel alio tempore magis
congruo ut in precedenti statuto continetur

baccalaurei formati

De incorporandis et statutis iurandis

Item ut huiusmodi statuta inviolabiliter
perpetuo observentur Statuimus ut in posterum
magistrandi sive etiam magistri iam formati
antequam incorporentur sive ad regentiam in
theologia in ista universitate admittantur
iuvent in manibus domini cancellarii et rectoris
predicta statuta omnia et singula inviolabiliter
observare Nec incorporentur nisi per dominum
cancellarium et rectorem in presentia magistrorum
in theologia regentium ad hec prebentium
consensum expressum Sive incorporatio et dies
et testes in libro domini cancellarii conscribantur

Serment avant disbe
recevala regimen

aggregation moitié des droits

nec magistri alibi per bullam magistrati incorporentur nisi soluant integre omnia iura qui autem per cursum in vniuersitate alia fuerint magistrati ad medietatem iurium diuinitatis obligentur

Summa emolumenti domini cancellarii

Item paupertati compassionis baccallariorum pietatis intuitu et amore. Nos cancellarius antedictus de voluntate et expresso consensu omnium magistrorum regentium predictorum volumus et mandamus quod nullus amodo in theologia magistrandus det cancellario nisi duodecim francos taliter diuidendos scilicet in examine ii. in licentia. viii in magisterio duos ut sic sit conformitas inter theologos et iuristas cum etiam parisiis dominus cancellarius a magistrandis quasi simile recipiat emolumentum. Datum thelo ultima die aprilis anno domini m° ccc° lxxx°.

droits du chancellier sur les quadues

Statuta secundo facta tempore domini aycardi de quinballo cancellarii tholosani

Hoc statuta reproducuntur fol. 102.

1389

In nomine domini amen. Anno a natiuitate domini millesimo tricentesimo octuagesimo nono die tercia mensis Iunii Indictione xii pontificatus sanctissimi in xpo patris et domini nostri domini clementis digna dei prouidencia pape septimi anno xi° in capitulo claustrali fratrum minorum

thle presentibus venerabilibus et circumspectis
viris dominis petro de campis decretorum doctore
Locumtenente domini aycardi de guimballo cancellarii
thlani decretorum doctoris et petro raymundi de
podio buscano legum doctore rectore universitatis
thlani studii viris religiosis petro de avena augustinorum
Johanne grossi carmelitarum ordinum conventuum
in sacra pagina professoribus et regentibus
in dictis conventibus venerabilibus viris domini
aymerico natalis Johanne de mejanesio raymundo
comas decretorum doctoribus et gancelino de
boquesto legum professoribus magistris Johanne
pagesii Johanne rigaudi in artibus petro
arpajonis roberto coriani petro guillermi de
bruguteria magistris in grammatica actu
ordinarie legentibus in dicto studio thlano necnon
galhardo tornerii in decretis baccallario et petro
boterii scolari in legibus consiliariis dicte universitatis
cum tota universitate studii ad sonum campane
ut moris est congregata in dicto capitulo
fuerunt publicata statuta infrascripta et
etiam additiones positas et collocatas in
statutis domini aymelii de lantrico cancellarii
tholosani per me petrum de blanchaco publicum
auctoritate apostolica notarium et fuerunt testes
dominus petrus de auriaco licenciatus in

decretis ac provisor sancti bernardi et magister
Johannes bertaugii baccallarius in legibus ad
laudem dei et virginis marie ac conservationem
venerabilis studii thlaui fuerunt facta statuta
super facultate theologie que sequuntur unacum
additionibus supra scriptis.

Statuimus

¶ Ex nulla scola habeat simul duos baccallarios

Primo ex in nulla scola theologie
dum admittantur simul duo baccallarii aliquo
tempore ad legendum. Ex baccallariandi respondeant
primo de ordinaria antequam legant

Item statuimus quod nullus admittatur ad
lecturam sententiarum nisi prius
responderit de ordinaria alicui magistrorum vel
per eum saltem non steterit. ¶ Ex baccallarius
tempore lecture non respondeat nisi de quolibet

Item statuimus quod baccallarii legentes
sententias propter brevitatem temporis et
prolixitatem lecture non occupent se in
responsionibus quando legent nisi dumtaxat
de quolibet. Ex nullus legens tempore recedat de studio nisi in casu

De quolibet

Item statuimus quod nulli actu legenti
precipue sententias tempore lecture
detur licentia recedendi sine urgenti et vera
necessitate deposita per juramentum petenti
licentiam in manibus dominorum cancellarii

vel rectoris prout ad eorum spectat officium qui
regressus legat post festum aplorum petri
et pauli per tot dies legibiles quot omisit ppt
sui absentiam et idem de estivalibus baccallariis
observetur. De baccallarii pntati intersint principiis
baccallariorum sequentium et de primis principiis

Item statuimus q nullus baccallarius
pntatus ab ista universitate recedat
quousque alii baccallarii immediate futuri sua
prima principia fecerint que teneantur facere
infra xv. dies in h autem corrigitur statutum
domini conven et eisdem in suis principiis
assistentes fuerint. De regentia

Item statuimus q iunior magr residens
in conventu qui legerit sententias assumptus
de scola eadem et eiusdem conventus videlicet pdi
minorum carmelitarum augustinorum et scti
bernardi sit semper regens. Cui regens alium
regentem dare non valeat. qui regens et
suas lectiones incipere teneatur secundum
formam statutorum et inceptas continuare
saltem ter in septimana cessante legitimo
impedimento. De licentie publice conferantur

Item statuimus q omnes licentie conferantur
publice in ecclia sancti Jacobi non clandestine
in aliqua domo privata. De modo convocandi ad actus
regentes et in quibus debet vocari regentes et non regentes

n^a qui sint regentes ex religiosis

Conventum regentes ad ad minus ter in hebdo tenentur legere

omnes licentiae conferri debebant in ecclesia sancti Jacobi

Item statuimus quod magistri regentes in theologia vocentur in scolis per bedellum generaliter in creatione novi rectoris et sindici universitatis et ad alios actus universitatis sicut vocantur doctores et magistri aliarum facultatum ad quos vocabuntur non regentes aliarum facultatum. In actibus autem tangentibus facultatem theologie vocentur regentes et non regentes sicut consuetum est fieri inter eos. De expensis fiendis pro facultate theologie

non regentes non vocentur ad actus

Item statuimus quod quia rationi est consonum quod qui sentit onus sit particeps emolumenti expense que fient extra civitatem pro communi utilitate facultatis theologorum pro quota quam contribuunt fiant de communi sicut fit de negociis aliarum facultatum. Idem fiat de honoribus funeralium magistrorum sicut et doctorum. De decano

decanus facultatis theologie quis et quid potest facere

Item statuimus quod inter magistros theologie huius universitatis antiquior in magisterio residens in civitate qui sit ydoneus et velit etiam hic laborare eo ipso sit et vocetur decanus et illo deficiente alius antiquior post ipsum successive qui petita licentia annis singulis in principio studii a domino cancellario habeat facultatem convocandi alios magistros ad tractandum et promovendum ea que concernunt honorem

nota quod decanus non potest facere congregationem sine licentia cancellarii

decus et reformationem dicte facultatis fiendam
per dominos cancellarium et rectorem prout
ad eorum spectat officium cum predictorum
magistrorum vel maioris partis eorum consilio
qui decanus in sui principio debeat se dominis
cancellario et rectori presentare et iurare in
manibus eorum quod fideliter tractabit et
promovebit negocia facultatis cessante
fraude et deliberata per magistros eadem die
vel in crastinum eisdem prout ad eorum
spectabit officium refferret per se vel per
alium ¶ De iniuriis

Item ordinamus quod iniurie in hinc inde
ab utraque parte verbo vel facto dicte
vel illate censeantur remisse De statutis et copiis dandis

Item statuimus quod additiones et
statuta suprascripta collocentur suo
ordine inter alia statuta et publicetur quorum
et aliorum dicte facultatis ac etiam universitatis
detur eis copia cum eos astringant ut
ignoranciam non possint prethendere et
sciant quid debeant observare

¶ Prologus compromissi facti inter dominos cancellarium
et rectorem ex una parte et reverendos magistros in sacra
pagina ex altera parte universitatis studii tholosani

decanus theologiae erit detinetur iurare

Ad honorem et laudem ac gloriam
omnipotentis dei patris et filii et spiritus sancti
amen. Nuper que orta discentione super
facultate theologica inter reverendos patres
dominum cancellarium et rectorem alme universitatis
studii tholosani ex parte una et reverendos magistros
in sacra pagina universitatis predicte ex parte
altera. Hinc est quod dicte partes volentes venire
ad pacem et concordiam et anfractus litium ac
expensas litium evitare se compromiserunt in reverendos
in xpo patres et dominos petrum miseratione divina
abbatem monasterii sancti saturnini thlle et
aldebertum eadem gratia prepositum ecclie thlle tanquam
in arbitros arbitratores et amicabiles compositores
de omnibus debatis litibus controversiis motis
et seu movendis inter iam nominatas partes prout
latius constat per instrumenta per magistros
petrum de lanhaco auctoritate apostolica et guillelmum andrici
thlle publicos notarios recepta et confecta. Dicti
vero domini arbitri arbitratores et amicabiles
compositores ad postulationem et requisitionem
iparum partium processerunt in hunc modum

¶ Sententia lata anno domini millesimo trecentesimo octuagesimo
nono xij^a die aprilis per dominos arbitros supradictos super statutis
factis et etiam additionibus collocatis in statutis antiquis theologie
tempore domini ayrardi de quinballo cancellarii thlam
domino petro raymundi de podio bustano existente rectore
universitatis predicte

Et nos P. Abbas monasterii sancti
Saturnini thle. et A. prepositus ecclie thlanen.
arbitri iamdicti ex ptate nobis a predictis partibus
atributa auditis et diligenter examinatis meritis
cause habitaq; matura deliberatione cum peritis
denuq; habentes preoculis. Per hanc nram sentenciam
sine laudum duximus quedam addenda statutis
dicte universitatis cum secundum temporum
varietates statuta quandoq; varientur humana
et quedam de novo ordinanda ac etiam statuenda
per reverendos pres dnm cancellarium et rectorem
et universitatem seu per illos ad quos statuere
expectat in dicta universitate protestamur
tamen in primis q per ordinanda seu inferius
statuenda non intendimus preiudicare seu derogare
privilegiis aplicis seu statutis antedicte universitatis
sed per ea validare et confirmare quamquidem
protestationem in quolibet articulo seu additione
infra inserendorum volumus habere pro repetitis

Statuta mutari pos

Et nota q compromissum supradictum et etiam sententia
supradicta pertinent ad statuta immediata secundo facta ad
additiones superius positas in statutis antiquis tempore dni
aycardi de quimballo cancellarii thlani dno petro de podio
bustano legum doctore existente rectore universitatis thlane
Anno domini millio trecentesimo octuagesimo nono xij a
die aprilis

Dota Ista sunt ~~specialia~~ papalia statuta

Statuta papalia

Universis xpi fidelibus et specialiter venerabilibus doctoribus Magistris licenciatis baccallariis ac scollaribus commorantibus In studio tholosano tam presentibus quam futuris frater guillermus dei et sancte sedis aplice permissione archiepus tholosanus salutem et sinceram In domino caritatem Litteras sanctissimi patris domini nri domini Johannis superna disponente clementia pape xxii Eius vera bulla plumbea cum cordula canapis impendenti bullatas non cancellatas non abolitas nec In aliqua sui parte corruptas Sed sanas et integras omniqz vitio et suspitione carentes Nos cum qua decuit reverencia recepisse noveritis formam que sequitur continentes Johannes Epus servus servorum dei venerabili fratri archiepo tholosano salutem et aplicam benedictionem Eam gerimus de tua circumspectione fiduciam quod illa que tibi committimus prudenter et laudabiliter exequaris Cum Itaqz super nonnullis que reformationem et salubre statum studii thlam respiciunt venerabiles fres nri petrus penestrinus et gancelinus albanen epi de spali nra scia

Joan. xxii

et mandato, certos articulos sub sigillis suis tibi
transmittant Inclusos fraternitati tue presentium
auctoritate committimus et mandamus quatinus
super predictis articulis et super aliis In quibus
prefatum studium Reformatione conspexeris
Indigere Statuas et ordines auctoritate apostolica, quod tibi
statuendum videbitur et etiam ordinandum contradictores
per censuram ecclesiasticam appellatione postposita
compescendo, Non obstante si aliquibus committere
vel divisim a sede apostolica sit indultum, quod interdici
suspendi vel excommunicari non possint per litteras
apostolicas non facientes plenam et expressam ac de
verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem
Datum Avinion. xii. kl. augusti pontificatus
nostri Anno decimotertio Ad quarum executionem
ob reverentiam dicte sedis et ob fructum salutiferum
quem consequi firmiter speramus, ac volentes
mandatum apostolicum nobis In hac parte directum
Reverenter exequi ut tenemur assurgentes processimus
In hunc modum Lex veritatis Que est domini
Immaculata convertens animas candor lucis eterne
et speculum sine macula lignumque vite hiis qui
apprehenderint eam Et qui eam tenuerit beatus
erit Ipsa est sacra scriptura que obnoxia
aliarum regula est et magistra a qua qui deviat
veritatem non continet sed docet potius ~~facilitatem~~ falsitatem
Ipsa est que docet nos quod lex obedientie que maximum

bonum habet. Sicut scribitur. Melior est obedientia
quam victime per nostros primitivos parentes transgressionis
vicium noscitur incurrisse, quando regis regum de
fructu ligni scientie boni mali prohibitione facta
ne comederent contempserunt servare in totius
sue posteritatis damnum et manifestam iactantiam
sicque factum est quod ex radice corrupta viciosi
et corrupti ramusculi processerunt teste apostolo
qui ait. Et per unum hominem peccatum intravit
in mundum et per peccatum mors. Ita ut omnes
homines mors pertransiit, ut secundum eundem
per inobedientiam unius hominis peccatores
constituti sunt multi. Immo certe omnes qui
secundum naturam processerunt ab ipso et
etiam fit proclivus decursus ad voluptates mundanas
et alias plurimas vanitates. Natura insuper
nostra fragilis viciorum remanet imitatrix, adeo
quod ad reprimendum multorum inordinatas
concupiscentias vix per penas seu statuta potest
remedium adhiberi. Quam obrem sancti patres
deum habentes pre oculis volentes denia collere
et dei populum in via recta ponere constitutiones
et statuta salubria plurima ediderunt ut
apetitus humanus debite honestatis limites
non excederet. Sed potius per ipsum vitae
christiane professio liberius ac magis et magis
salutaribus proficeret incrementis. Quod cum

In studio tholosano multa statuta utilia
rationabiliter fuerint hactenus edita ad totius
studii comodum et honorem que ex negligentia
vel contemptu non fuerunt sicut debuit ac
decuit obseruata ex quo in contemptum et
oblivionem aliqua deuenerunt in totius studii
damnum et euidens detrimentum. Nos igitur
frater Guillelmus archiepiscopus tholosanus predictus
auctoritate apostolica nobis vt premittitur in hac parte
commissa. Statuimus doctorum et peritorum
virorum consilio et assensu quedam ad utilitatem
et comodum memorati studii thlam. Et ne
aliquis de cetero pretextu oblivionis seu ignorantie
se valeat excusare, fecimus statuta ipsa in
scriptis redigi et ea volumus in presentia
omnium publicari. Et vos si placet vt vere
obedientie filii ipsa diligenter audite et opere
adimplete, vt addatur gratia capiti vestro et
torques collo vestro secundum sapientis promissum.
In nomine sancte et indiuidue trinitatis patris
et filii et spiritussancti. Ad singula nostra statuta
infra edita progredimur et procedimus in hac forma.

Hec statuta authoritate apostolica seruanda sunt.

Nota [illegible] placet

Qualiter et quando sit generalis congregatio facienda qualiter
ab ea in particulari recedere liceat conuocaris rubrica

Cum ex frequentia congregationum multa
mala sepius oriantur et manifeste studentium

profectus et lectionum processus impediantur et multipliciter
retardentur. Statuimus ne congregationes universales
fiant in studio tholosano nisi de rectoris vel eius
locumtenentis, doctorum omnium, et magistrorum actu
legentium ac consiliariorum, vel saltem duarum partium
eorumdem, ibidem presentium consilio processerit et assensu
addicentes ut huiusmodi congregationes fiant tantum
diebus non legibilibus nisi aliis diebus fieri
urgens et manifesta necessitas suaderet, quod arbitrio
predictorum specialiter ad sic vocatorum vel maioris partis
eorum duximus relinquendum. Porro cum congregationes
generales vel particulariter fieri contingerit in futurum
et quotiens fient, vocati more tamen solito venire
cuiuscumque status vel conditionis existant teneantur
et venientes recedere non audeant absque rectoris
vel eius locumtenentis licentia petita et obtenta
Nec aliquis ipsam congregationem seu tractenda
in ea impediat indebite vel perturbet. Si quis vero
premissa vel aliquod premissorum non observaverit
vel contra ea vel eorum aliquod fecerit pena xl.
solidorum turon. eo ipso incurrat exigendam et
convertendam ut infra in capitulo. Cum sit vanum
plenarie continetur. De vacationibus non faciendis nisi
in casibus et terminis hic contentis rubrica

Cum per vacationes studium et anime
bonum manifestum recipiant detrimentum necnon

convocatio

on ne peut pas quitter une assamblee sans la permission du recteur

prima

vagandi ludendi et multorum malorum materia
preparetur vacationes fieri nisi in terminis et
casibus infrascriptis penitus prohibemus. Primus
ob festum nativitatis domini et hec vacatio
in ante vigilia dicti festi inchoetur et duret
usque in crastinum circumcisionis dni exclusive
Et tunc lectiones resumantur. Secundus propter
festum pasche et incipiet quarta feria ante pascha
lecta lectione doctorum. Et durabit usque ad sedam
feriam post quasimodo exclusive. Tercius propter
festum pentecostes et incipiet in vigilia dicti
festi et vacatio in ante vigilia indicatur
Et durabit usque ad quartam sequentem
feriam exclusive. Vel nisi pro funeribus et
tunc cum ista modificatione nisi doctor magr
vel licenciatus etiam actu non legens diem
clauserit extremum omnes doctores magri
licenciati et baccallarii cessent a lectionibus
die videlicet qua sepelietur hora magistrali
dumtaxat excepta. Et baccallarius omnes
baccallarii et licenciati illa hora solum qua
sepelietur. Vel nisi in principio lectionum
magrorum vel lectorum in theologia vel
doctorum legentium librum decretorum pro
quibus cessetur solum hora tercie ut est
fieri consuetum. Tollentes vacationes

vacations de la fort de la noel

de pasques

sint privati per sex menses vocem vero non
habentes si contra premissa vel aliquod
premissorum fieri procurarent penam viginti
solidorum turon. ipso facto incurrant. Sane cum
ante diem carniprivii et post per aliquos dies
inter scolares fieri consueverint quedam
dissolutiones et quidam ludi periculosi ac
noxii et etiam indecentes in scolis et extra
prohiciendo pulveres paleas et quandoque
lapides inter se adinvicem et contra doctores
baccallarios et legentes. Prohibemus talia
et similia de cetero attemptari. Et quicumque
contrarium fecerit cuiuscumque status vel
conditionis existat penam viginti solidorum turon.
ipso facto incurrat exigendam et convertendam
ut dictum est supra quam penam si non
solverit infra mensem a die quam ea inciderit
computandum excommunicationis sententia
innodetur. Aqua absolvi non possit donec de
pena huiusmodi fuerit plenaria satisfactio.

De pompis aufferendis Rubrica

Quoniam secundum sapientem
humilem spiritu suscipiet gloria et quam
plures commodo inordinato videlicet cum
vanitate et discursu ad doctoratus seu
baccallariatus honorem conscendere moliantur

potissime clerici beneficiati qui potius pauperibus
erogare quam in vanitatibus expendere debent
Ne recipiunt de patrimonio crucifixi volentes
super hijs providere statuendo prohibemus ne
aliquis baccallariandus vel titulariandus ratione
sui novi principij tituli vel libri in quacumque
De communis facultate audeat communium maius facere vel
aliquid dare minus seu instrionibus aut
sileribus personis vel alis expendere Enam si
non esset incepturus nec ante nec post nec per
se nec per alium directe vel indirecte nisi
solum pro bedellis et banquerijs et alijs quibus
ex statuto in studio hactenus observato fuerit
confirmatur statuto obligatus De magistris vero in artibus et in
grammatica tenetur consuetudo hactenus observata
videlicet quod magistris actu legentibus eorum scolares
licenciati vel baccallarij quod consuetum est possint
dare vestes autem quas predicti pro se facient
in suis principijs non excludimus per premissa
Et quod nullus ratione sui novi predicti principij
tituli vel libri audeat ire per villam ad rogandum
aliquem vel aliquos suo principio debeant
interesse nisi cum tribus vel quatuor socijs
scolaribus videlicet vel baccallarijs ultra
proprios socios si quos de rauberis suis haberet
Et cum banquerijs et bedellis Nec etiam

Licenciandi in aliqua facultate nisi prout statim
de aliis est expressum. Salvo quod eundo ad ecclesiam
sancti Jacobi pro sua publica examinatione et
de ea redeundo possint habere duo paria tubarum.
Et tubicinatoribus dictas tubas ducentibus satis
facere prout eis videbitur faciendum. Et salvo quod
cum xii sociis possint ire ad rogandum socios et
amicos quod sue publice examinationi debeant interesse
quod tripudiare vel coreare nullo modo audeant publice
vel occulte. Et salvo quod pro bedellis banquerijs et
personis aliis quas habere in suo convivio voluerint
possint tantum xv. libras turon. monete currentis
expendere et non ultra. Contrarium vero facientes
sint suspensi per annum a lectura. Et si sic suspensi
predicte lecture se immiscuerint sive sit lectura propria
sive sit aliena dictus annus non computetur eis
in cursu lecture quem facere debent. Nec de toto
alio anno sequenti legere possint. Nec pro baccallarijs
in studio vel alibi habeantur. Scolares autem
tripudiantes seu coreantes occasione premissorum
publice vel occulte per biennium sint inhabiles
ad baccallariatus sive titulariatus honorem in dicto
studio obtinendum. Item statuimus quod in privata
examinatione cuiuscumque ultra sex intortitia non
portentur. Prohibemus etiam quod nullus nisi
cum tribus sociis quando voluerit puncta sua

publica examinatio fiebat in ecclesia sancti Jacobi

Intortitia portabantur

Recipere veniat ad recipiendum eadem. Et doctor
suus qui cum ipso veniet eodem numero sit contentus
Et idem modus quo ad dictum numerum inveniendo
ad audientiam respontionem cancellarii et redeundo
in crastinum observetur. Contrarium autem facientes
in torticiis sint eo ipso privati que in usibus et
luminaribus misse universitatis volumus aplicari
Et nisi infra duos dies ea libere tradiderint rectori
universitatis in usu dicte misse ut dictum est
expendenda excommunicationis vinculo innodentur
Cum illi qui ceteros regere et dirigere ac etiam docere
habent debeant in suis actibus maiorem honestatem
ac etiam humilitatem ostendere iuxta dictum
sapientis rectorem te posuerunt noli extolli et
alibi ubi fuerit superbia ibi et contumelia ubi
autem humilitas ibi et sapientia. Ideo prohibemus
quod nullus recipiens vel recipere volens doctoratus
vel magisterii honorem audeat ire per villam in
equis ad aliquos invitandos nec veniendo ad locum
nisi debet doctorari seu ad domum suam inde reditus
audeat equitare. Nec minimis seu joculatoribus
aut instrionibus vel consimilibus quibuscumque
ratione feste sui aliquid per se vel per alium
seu alios ante vel post directe vel indirecte
preter cibum tribuere audeat sine dare. Super
numerum vero cubicinatorum et aliorum instrumenta

N a audientia cancellarii

Ouentium antiquum statutum volumus per omnia
obseruari. Per hoc tamen circa constitutionem
clementinam super expensis huiusmodi editam
nichil volumus immutari. Et vt omnia premissa
et singula in hoc capitulo contenta melius
obseruentur, volumus et ordinamus. Et volentes
incipere titulum aliquem sine librum vel primatam
examinationem seu publicam subire seu
doctoratus vel magisterii honorem adipisci. In
quacumque facultate antequam per rectorem vel
cancellarium admittantur, vel ad premissa seu
aliquod premissorum dies, seu licentia concedatur
eisdem iurare habeant in manibus cancellarii
vel rectoris, si et prout ad eos vel eorum alterum
pertinebit omnia premissa et singula inuiolabiliter
obseruare. Et si cancellarius vel rector non recepto
prius tali iuramento diem seu licentiam scienter
concesserit ipso facto sit excommunicationis sententia
innodatus. Nisi celeriter sibi prouideat remanente
integra dictam licentiam reuocando

De licentiendis et baccallariandis rubrica

Sicut qui in altum conatur ascendere, non
per gradus, confusioni et periculo se exponit.
Sic qui ad honorem baccallariatus vel cathedram
magistralem moliuntur ascendere, non perfecte
edocti, vel sufficienter instructi derisioni se

Rector ante cancellarium

Cathedra Magistralis

exponunt, et finaliter veniunt in contemptum. Igitur
volumus et ordinamus, quod de cetero nullus scolaris in
iure canonico ad baccalariatus honorem assumatur
nisi per quinque annos iura canonica audierit.
Tempus Baccalaur. Et libros suos ordinarios habere noscatur, nec ad
honorem licentie admittatur nisi per quinquennium
legerit decretales, exceptis legum doctoribus, qui
post quam legerint vel audierint per triennium
decretales possint si ydonei reperti fuerint ad
baccallariatus vel doctoratus honorem in canonibus
promoveri. Abbates autem regulares sub statuto
huiusmodi volumus comprehendi. Sed arbitrio
illorum ad quos pertinet licentie et lecture concessio
relinquatur. Nec in iure civili ad baccallariatum
tempus baccalaureorum in iure civili ascendat nisi leges audierit septem annis. Et
libros ordinarios ipsum habere noscatur. In quo
septennio annum in quo institutiones cum grammatica
vel logica audierit volumus computari. Nec
Institutiones cum grammatica ad licentiam in legibus admittatur, nisi per
sex annos legerit cursus suos, super quibus
cancellario vel rectori prout ad eorum alterum
noscitur pertinere, saltim per proprium iuramentum
fidem facere tentatur. Et si cancellarius vel
rector prout ad quamlibet eorum pertinuerit,
aliquem vel aliquos in iure canonico vel civili
ad predicta vel aliquod predictorum admiserit

vel admiserint contra tenorem presentis statuti
Penam decem librarum turon. ipso facto incurrant
exigendam per officialem nostrum tholosanum et in
fabricam ecclesie sancti stephani sedis nostre thle.
integre convertendam De filiolis non faciendis Rubrica

Cum olim quoddam statutum rationabile in
studio tholosano super non faciendis filiolis
editum fuerit, Et bene aliquando diu observatum
Postmodum vero servatum non fuerit per aliquos
qui super hoc non prestiterunt juramentum ideo
volumus et ordinamus quod de cetero nullus doctor
magister licenciatus baccallarius vel scolaris
filiolos vel filiolas faciat in thla seu infra
ipsius vicariam nisi sub conditione modo et
forma inferius expressatis videlicet quod eundo ad
ecclesiam cum filiolo vel filiola et redeundo octo
sotiorum numero sit contentus nec etiam redeundo
de ecclesia domum commatris ingredi audeat vel
intrare nec dare ratione filioli vel filiole
cuicumque ad plus ultra unum denarium aureum
vel valorem nec illi qui associabunt eum
aliquid possint dare Et si contrarium fecerint
doctores magistri vel licenciati decem libras turon.
Baccallarii vero et scolares Centum solidos turon.
penam ipso facto incurrant exigendam et
convertendam ut infra in capitulo cum sit vanum

Denarius aureus

videbitur contineri. Non tamen per hoc statutum
intendimus cum iuratis de filiolis nullomodo faciendis
in aliquo dispensare. De lectionibus incipiendis et resumendis rubrica

Cum utilitas ac profectus studentium ex
lectionibus cum diligentia et attentione auditis
proveniat manifeste. Et quanto frequentius legitur
tanto inde sequitur maior fructus. Statuimus quod
doctores et magistri ordinarie legere volentes in studio
thlano in crastinum festi sancti luce singulis annis
suas incipiant lectiones exceptis doctoribus decretum
legere volentibus qui in octava die legibili post
dictum festum incipere teneantur. Alioquin ad
legendum ordinarie in dicto studio illo anno nullatenus
admittantur legitimo tamen impedimento cessante
Super quo stare volumus eorum proprio iuramento
prestando in rectoris manibus per eosdem. Et tunc
etiam quamvis impediti fuerint per aliquem baccallarium
vel licenciatum incipere teneantur. Item baccallarii
antiqui legere volentes incipiant nona die post
festum superius nominatum. Novi autem baccallarii
ac de novo incipere volentes principiare habeant
ante festum omnium sanctorum et lecturam suam
incipere in crastinum animarum. Et istud
pro primo termino habeantur. Pro secundo vero
termino infra quindenam nativitatis domini
Et postmodum incipiant legere prima die legibili

Nota bidellos non esse eligendos ad magistros non legentes accusandos

post quindenam / Pro tercio autem termino Infra
quindenam pasche / Et postmodum prima die
legibili suas legere incipiant lectiones / prout de
aliis terminis superius est expressum / Alioquin
illo anno tanquam baccallarii minime admittatur
Impedimento cessante Legitimo / super quo stari
volumus eorum proprio Iuramento / quod in rectoris
manibus teneantur prestare / Baccallarios autem
doctorum extraordinarie legere volentes / Sub
statuto huius volumus comprehendi / Sicut
enim inceptionis lecture predicte doctorum predictorum
arbitrio relinquentes / volumus etiam et ordinamus
quod nullus doctorum vel magistrorum cuiuslibet
facultatis propter principium alicuius de novo
incipientis nisi esset suus proprius baccallarius
suam audeat dimittere lectionem nec tunc quamvis
sit eius proprius baccallarius cathedram descendere
donec stollas intraverit qui fuerit inceptorus / Sed
cum uniformitas lectionum non solum sit scolaribus
grata / Sed etiam multum utilis et quamplurimum
fructuosa / Volumus et statuimus / quod omnes doctores
cuiuslibet facultatis / et baccallarii legentes digestum
novum / et inforciatum de cetero legant / et legere
teneantur per puncta eisdem assignanda per rectorem
unacum duobus doctoribus antiquioribus / et lectura
cuiuslibet facultatis / Et ut hoc melius et comodius
valeat observari / volumus et ordinamus / quod os

doctores Juris canonici et ciuilis et baccallarii legentes
digestum nouum et Inforciatum / In eadem parte
legere teneantur / Cetterum volentes semen hostis
antiqui / quantum cum deo possumus penitus
extirpare Et cuiuslibet zizanie et scandali ante
sui Incrementi Inicia pro viribus amouere / Statuimus
Ut predicatores decretalem firmiter et minores
decretalem / Cum marte legant annis singulis
alternis vicibus et temporibus consuetis / Augustini
vero decretalem maiores de baptismo / et eius
effectu quam in crastinum carnisprium Incipiant hora
magistrali et sequenti die eadem hora quas
horas doctores et magistri actu legentes eisdem cedere
teneantur / Prouideat tamen ipse lector quod summo
mane Intret et suas terminet lectiones quod volentes
Interesse disputationibus que illis diebus sunt
fieri consuete nullatenus possint per lecturam
decretalis huiusmodi Impediri / Carmelite autem
decretalem / Cum venissent de sacra unctione quam in
vigilia pentecostes / Incipiant post sermonem
Et infra duos dies / sequentes post dictum festum
pentecostes perficere totaliter teneantur Quas
decretales augustini et carmelite legant annis
singulis alternis vicibus / prout de predicatoribus
et minoribus est expressum / Volumus tamen quod predicatores
prima vice legant decretalem firmiter / Et minores
cum marte / Augustini maiores et carmelite Cum

Decretalis quae legi debent a minoribus et ceteris

quae decretalis legi debet in vigilia pentecostes

venissent ut etiam possimus expensas superfluas quas
doctores magistri licenciati baccallarii ac scolares hactenus
facere consueverunt in intorticiis et luminaribus ceteris
ratione misse que consueverunt in principio studii
celebrari. Statuimus quod nullus de cetero audeat per se
vel per alium deferre aliqua intorticia occasione
dicte misse nec ad domum doctoris seu ad ecclesiam
Sed sine intorticiis associent si voluerint volentes
quod dicta missa amodo in crastinum sancti Luce
quo doctores suas legere incipient lectiones clara die
celebretur. Salvo tamen quod quilibet doctor dare
possit intorticia ad servicium dicte misse prout
extitit hactenus bene et laudabiliter observatum
Dicta vero missa celebrata quilibet doctor
seu magister cum suis sequacibus suum intret
auditorium. Et omissis arengiis et prefationibus
quibuscumque divina invocatione excepta. Ad
textum descendentes suas legere incipiant lectiones
Et quod nullus licenciatus baccallarius vel scolaris
nisi auditorium doctoris sui intrare audeat illa
die. Contrarium vero facientes penam viginti
solidorum turonensium ipso facto incurrant exigendam ut
infra continetur. De non substrahendis scolaribus et
pena substrahentium rubrica

Inter cetera que studium augent et
manifeste conservant. Et que studentibus
statum afferunt gaudiosum principium videtur
esse pax et concordia animorum. Unde scriptum

Studii principia

missa celebranda clara die,

supra fo. 85

Intret ... fieri in principio ...

De his qui scholares aliis subtrahunt

est. Qui pacis inimici consilia sequitur eos gaudium
Quam pacem destruunt et dissipant illi qui per
diversas vias et modos et scolares substrahunt aliis
adquisitos. Ideo statuimus quod quicumque ex nunc
de studio cuiuscumque status seu conditionis existat
qui prece precio amore timore vel minis scolarem
vel baccallarium doctori vel magistro alicui
substraxerit adquisitum. Et intelligimus adquisitum
pro illo anno postquam fuerit auditorium doctoris
seu magistri ingressus per se vel per alium seu
alios. Si doctor vel magister aut baccallarius fuerit
actu legens per viginti dies ipso facto a suis
lectionibus sit suspensus. Et si durante suspensione
huiusmodi lectionibus suis se immiscuerit ab eis
per unum sit suspensus. Et si infra annum se
immiscuerit iterato eo ipso sit excommunicationis
sententia innodatus. A qua absolvi non valeat
nisi prius centum solidos turonen. per ipsum
Rectori studii persolutis. Si autem scolaris fuit
rogans vel inducens cum effectu ad baccallariatus
honorem ascendere non possit de duobus annis. Et
si tenere statum seu honorem baccallariatus
adeptus fuerit sit eo ipso excommunicationis sententia innodatus
A qua nullatenus absolvatur nisi prius solverit
viginti solidos turonen. Rectori superius nominato
De baccallario autem principaliori cuiuslibet
magistri in artibus seu grammatica volumus
antiquam consuetudinem observari.

1° annum

De hospiciorum fraudibus evitendis Rubrica

CVM de iure divino pariter et humano via sit fraudibus modis omnibus precludenda Ideo quia nonnulli secundum sapientis dictum moliuntur fraudes contra animas suas, ut pote studentes In retentione et conductione scolarum et hospiciorum ex quibus fiunt aliis cariora Non attendentes preceptum legis divine dicentis quod omnia que per fraudem quis obtinere voluerit integre restituat nec etiam humane dicentis neminem debere ditari cum iacturam tupa aliena Igitur volumus et statuimus ne aliquis doctor, magister licentiatus, baccallarius, scolaris, bedellus, banquarius seu stationarius, per se vel per alium seu alios, plura hospitia seu plures scolas conducat nec usumfructum scolarum vel hospiciorum emat vel acquirat seu alias retineat fraudulenter Ex eo ipso presumetur si repertus fuerit scolas plures seu hospicia conduxisse Sed vinto et vinctis sibi convenienti et convenientibus sit contentus Et quicumque predictorum contrarium fecerit Si doctor magister vel licentiatus fuerit decem libras turon Si vero baccallarius scolaris vel aliquis alius predictorum Centum solidos turon penam rectori infra mensem solvere teneantur exigendam et convertendam ut infra in capitulo Cum sit vanum continetur volumus tamen quod principalis

conductor solum possit hospicium vel scolas conducere
pro futuro tempore retinere vel alii cedere cuicumque. Et
nichilominus in fine cuiuslibet anni socios receptos dimittere
et sibi novos associare

Stationarii

Cum in ministris et prepositis artis cuiuslibet
plus officiat mendosa iniquitas quam in ceteris seu
defectus. Et institores seu stationarii huius studii
per quos deberet pandi et aperiri maior copia librorum
infori exuberantia caristiam librorum et raritatem inducant
Statuimus ut amodo institores seu instationarii huius

Librarii dant fideiussores

studii teneantur sufficientes et ydoneos fideiussores
prestare. Et indemnitate et securitate tradentium eis
libros causa vendendi custodiendi seu alias contrahentium

Librarii iurant in manib. Rectoris.

cum eisdem. Quinquidem institores seu stationarii
iurabunt primo in manibus rectoris utilitatem
ementium et vendentium fideliter procurare et veritatem
precii quod inde reperierint venditoribus seu eorum procuratoribus
sine fraude revelare. Secundo quod pro se et ad suam
utilitatem nullomodo per se vel per alium libros
aliquos retinebunt etiam maius precium offerendo
Tercio quod congregent si possint modo aliquo emptorem
et venditorem vel eorum procuratores super venditione
facienda. Et si fieri non possit vendant meliori modo
quo poterunt etiam taxationem precii in libro scriptam
non sequendo ubi maius precium reperirent et restituant
incontinenti precium ex integro venditor nichil pro labore
suo vel alias ultra partem quadragesimam retinendo per

emptorem et venditorem communiter persoluendam. Ita
quod nec etiam ex pacto contrahentium seu partium
maiorem valeant recipere portionem. Ex si contrarium
fecerint etiam unum denarium vel valorem sibi
apropriando. Preter reatum periurii et infamiam
decem libras turon. rectori universitatis eo ipso
soluere teneantur. Et nichilominus reddant et restituant
omnia que per fraudem voluerant retinere. Ordinantes
quod in omnibus que ad suum officium pertinere noscuntur
rectori universitatis habeant obedire. Et hoc unacum
premissis teneantur iurare. Ordinantes etiam quod
teneant petias integras veraces et bene correctas maxime
in iure canonico et ciuili. Que si facere renuerint ab
officio predicto ad tempus vel perpetuo pro ipsius
rectoris arbitrio excludantur nec restitui possint
nisi prius huiusmodi prestito iuramento. Inhibentes
nichilominus doctoribus magistris licentiatis
baccallariis et scolaribus universis ne libros suos
audeant talibus inobedientibus tradere ad vendendum
nec ab eis libros aliquos emere. Ex si contrarium
fecerint ipso facto penam quadraginta solidos turon.
incurrant infra octo dies rectori studii persoluendam
Quam si infra dictum tempus non soluerint sint eo
ipso excomunicationis sententia innodati. Volentes etiam quod
stationarii seu institores qui nunc sunt ad omnia
et singula premissa facienda et iuranda et sub eisdem
penis teneantur infra octo dies postquam per rectorem

fuerint requisiti. De decenti et honesto habitu studentium Rubrica.

Cum secundum beatum augustinum religiosi et ceteri clerici debeant aliis dare viuendi normam et exemplum. Et ideo in eorum incessu statu et habitu nichil debet in eis fieri quod cuiusquam offendat aspectum. Id circo prohibemus quod religiosi quicumque et cuiuscumque conditionis existant in hoc studentes studio de cetero non defferant in urbe vel suburbiis thle extra domos quas inhabitant peditando redundellos curtos nimia breuitate notandos. Sed quod vestis interior possit notabiliter apparere quod si contrarium fecerint lapso mense a tempore publicationis huius statuti computando ipso facto dictum redundellum admittant. Per rectorem pauperibus erogandum. Omnes etiam religiosos studentes in domino exortantes ut cum cappis per villam et ad scolas honeste et mature incedant. Ceteros vero clericos in eodem studio commorantes precipue baccallarios cuiuslibet facultatis persuadendo monemus ut manticis longis vel cappis manicatis utantur prout in honorabili parisiensi studio et imitatione digno continue obseruatur.

redundelli curti

manticae longae et cappae manicatae, ad imitationem parisiensium.

De artistis et grammaticis et eorum lectura Rubrica.

Cum ab ignorantibus magisterii seu docendi officium assumere non solum sit indignum sed etiam infructuosum inutile et damnosum quia

si cecus ceco ducatum prestet, ambo in foveam
dilabuntur. Statuimus quod nullus pedagogus
seu alius eius nomine, audeat legere in civitate
tholosana, seu in suburbio civitatis eiusdem, librum
aliquem seu aliquos ordinarie vel extraordinarie
qui leguntur et legi consueverunt per magistros
in gramatica, qui libri sunt doctrinale, ebrardus
alexander et precianus. Exceptis pedagogis et
aliis qui de licentia magistrorum petita et obtenta
legerent dictos libros seu aliorum qui concedendi
et licenciandi habuerint super hiis potestatem.
Contrarium vero facientes penam decem librarum
turonensium ipso facto incurrant exigendam et convertendam
ut in capitulo ultimo. Cum sit vanum plenarie
continetur. De helemosinis clericis pauperibus erogandis
et de domibus eorundem.

Quia secundum prophetam beatus est qui
intelligit super egenum et pauperem, unde
tantum bonum est helemosinam facere quod
largiens beatitudinem per ipsam noscitur
obtinere. Alibi etiam scribitur quod helemosina
a morte liberat, et ipsa est que purgat peccata
et faciet invenire vitam eternam. Propter quod
viri orthodoxi et vere catholici scolastici parisienses
tam provide quam salubriter attendentes ab antiquo
servaverunt et adhuc obtinent et observant quod
quelibet domus scolarium in studio predicto studentium

non licet legere in logica aut in gramatica theologie nisi petita et obtenta licencia a regente eiusdem facultatis

Notatur

Quamuis etiam de se tenuis et exilis de residuo
fracmentorum mense sue saltem unum pauperem
clericum alimentat. Sic quod frequenter contingit ut
dicti clerici qui beneficiati appellantur ad magnum
statum diuinitus sublimati suos beneficiatores
vice versa promouent et exaltant. Ideoque vos ad
similia inducentes attente rogamus ut in redemptione
vestrorum peccaminum similia faciatis. Et ut
premissa facere et deuote complere velitis omnibus
et singulis qui premissa fecerint et ad hoc dederint
operam efficacem vere tamen penitentibus et confessis
xl. dies de indulgentia tenore presentis statuti singulis
mensibus indulgemus. Item quia secundum
doctrinam catholicam opera sanctorum patrum
sunt ab omnibus imitanda. Potissime cum ex
illis utilitas euidens et fructus manifestus sequuntur
iuxta illud filii emulatores estote legis et memento te
operum patrum et accipietis gloriam magnam et
nomen eternum. Hinc est ex cum parisiensi
studium quod est aliorum meritorum regula et exemplar
in quo viri illustres et patres antiqui clerici et
etiam layci deum habentes preoculis et animarum
suarum saluti salubriter prouidentes multas domos
multis prouentibus habundantes in subsidium
pauperum studentium clericorum pietatis intuitu
deputarunt perpetuo duraturas. Ex quibus domibus
plures magistri in theologia doctores multi et

Clerici beneficiati Parisiis qui dicantur

Parisiense studium est aliorum regula

93

prelati quam plures postmodum sunt effecti pariter et
assumpti. Pariqz modo et pari affecti nonnulli
viri catholici thlam domos plures et redditus
plurimos ad sustentationem pauperum clericorum
studentium deputarunt videlicet in sancto Raymundo
in deaurata in domo hospitalis sancti Johannis
in sancto stephano in sancto petro de quoquinis
et de maynaderia thle. Sane cum intellexerimus
Et aliqui de gubernatoribus dictarum domorum et
helemosinarum non plures impleant ea que fuerunt
a fundatoribus seu de nouo instituentibus vel
aliis alias rationabiliter ordinata non attendentes
dictum sapientis dicentis helemosinam pauperis
non defraudes. Idcirco rogamus et obsecramus
in domino atqz statuimus. Quod gubernatores
dictarum domorum et helemosinarum perfecte
compleant et obseruent super predictis et aliis inibi
factis et in posterum faciendis testatorum et instituentium
prout debent pias per omnia voluntates. Contrarium
vero per se vel per alium seu alios scienter
facientibus seu premissa debite non seruantibus
sit ipso facto ingressus ecclesie interdictus tam diu
quousqz predictis domibus et scolaribus de damnis
condigne satisfecerint et substractis. Et ut melius
predicta valeant obseruari volumus et ordinamus
Quod quilibet rector futurus cum qua poterit
diligentia investigari faciat et inquiri saltem

Clericorum pauperum plures domus Thlae.

Quae godit non sine excepto prima

Rector providere collegiis.

semel infra tempus sui regiminis / Utrum
gubernatores predicti compleant debite a dictorum
locorum seu elemosinarum fundatoribus ordinata
quod si reperierit aliqua minus bene fuisse facta
nobis vel successoribus et officialibus nostris quam
cito comode poterit habeat nuntiare, ut contra eos
si necesse fuerit aliis iuris remediis ipso rectore
vel universitatis sindico instante et prosequente
quantum de iure poterimus procedamus / De consiliarum
per dominum archiepiscopum ponendo et de eius consensu et excessiva tallia requirendo fratrum

Dum corpus misticum tunc obtime regulatur
cum invenitur naturali conforme / Et quia
tunc ecclesiasticus ordo confunditur, cum unicuique
sua iurisdictio non servatur ideo antiqua
statuta renovando statuimus / quod in numero
consiliariorum universitatis studii tholosani
semper unus sit et esse debeat / qui per successores
nostros archiepiscopos tholosanos seu officiales deputetur
et deputatus admittatur / Et si et quotiens tallia
collectam fieri contingerit / Per universitatem
seu per illos / qui preerunt universitati predicte
quatenus excesserit summam sexaginta librarum
tunc nos et successores nostros / qui pro tempore
fuerint seu officialem nostrum et successorum nostrorum
requirere habeant / Et a nobis seu officiali predicto
licentiam obtinere / De statutis certis anni temporibus
legendis et publicandis

De Collectis seu Taliis indicend.

Cum iniurietur memorie frequenter oblivio
prudentium doctrina edocuit adversus oblivionis
dispendium scripture suffragio providere. Igitur
ne aliqui de cetero pretextu oblivionis seu ignorantie
se valeant excusare statuta presentia auctoritate aplicata
Et cetera per nos noviter edita quater in anno
precipimus publicari videlicet per quemlibet rectorem
vel per alium de eius mandato semel infra tempus
sui regiminis quam publicationem fieri volumus
die non legibili ut vacandi materia penitus
substrahatur. Rector autem qui publicationem
istam suo tempore facere omiserit penam centum
solidorum turonensium ipso facto incurrat per rectorem
successorem exigendam. Et si successor in
exigendo se negligenter habuerit decem libras tunc
successori rectori solvere integre teneatur. De penis
et statutis appositis per quem exigatur et in quos usus convertuntur fructus.

Cum sit vanum et inutile statuta condere et
ea non servare penas apponere et non exigere
volumus et ordinamus quod omnia statuta aplicata
auctoritate per nos edita inviolabiliter observentur.
Penas autem pecuniarias contra non servantes
in eisdem statutis appositas per rectorem universitatis
exigi volumus et levari quem pro suo labore
quintam partem penarum omnium volumus
retinere. Residuum vero cum consensu doctorum
magistrorum et consiliariorum vel maioris partis ipsorum

Rector quintam partem multarum percipit

Convertere debeat in utilitatem universitatis predicte
Et de perceptis futuro Rectori debitam reddere
Rationem. Si autem Rector predictus in exigendo
negligens fuerit vel remissus nisi de diligentia
sua docere valeat manifeste, ex doctorum
magistrorum et consiliariorum vel maioris partis
ipsorum arbitrio relinquatur decem libr. turon.
de proprio Rectori successori suo solvere teneatur, Et
tanquam negligens et remissus Rectoriatus officio
perpetuo sit privatus, volumus etiam et ordinamus
Ex quilibet novus Rector infra quindecim dies a die
creationis sue computandos de bonis mobilibus
dicte universitatis, maxime de libris, privilegiis,
litteris, et instrumentis in archa communi repositis
inventarium faciat consiliariis convocatis, et duobus
saltem presentibus et cum inventario Rectori successori
omnia et singula restituere teneantur.

Rectoris negligentis pena

Novus Rector debet Rectorium efficere et monumentis que in archa sunt

Per hec autem statuta, antiqua statuta
seu contenta in eis nisi quatenus nostris essent
contraria, vel eisdem derogarent non intendimus tollere
seu in aliquo immutare. Retinemus etiam nobis
specialiter et expresse, quod circa predicta statuta et contenta
in eis possimus addere detrahere, declarare modificare
Et etiam circa reformationem studii, alia nova
statuta facere prout nobis expediens videbitur si
et quantum de iure poterimus iuxta potestatem nobis
in hac parte per dominum nostrum summum pontificem

nominatum superius attributam ¶ Quot annis baccallariandi debent audire decretum

Cum rei inaudite singularis pretendatur ignorantia statuimus et ordinamus quod de cetero baccallariandi in canonibus non aliter admittantur ad baccallariatus honorem nisi per duos annos ante baccallariatum audierint decretum ordinarie exceptis abbatibus et prelatis aliisque legum doctoribus et licenciatis in quibus sufficere volumus unum annum Nec super hoc possit vel valeat per cancellarium vel rectorem dispensari Per hoc tamen non intendimus constitutionibus canonicorum regularium ac monachorum nigrorum in quibus cavetur quod audiant ad minus decretum per triennium in aliquo derogare Statutum de locatione domorum atque scolarum

Decreti lectura.

canonici regulares et monachi nigri ad quid teneantur

Anno domini millesimo ccc° xli° die xx^a exitus mensis septembris generali congregatione mandata per bedellos studii in domo fratrum minorum Et pulsata campana dicti studii ut in talibus est fieri consuetum Nos petrus de branlangis magister in grammatica rectorque studii supradicti de consilio et voluntate ac consensu dominorum doctorum magistrorum consiliariorum licenciatorum baccallariorum et scolarium universorum et sindici predicte universitatis in capitulo minorum congregationis statuimus et ordinamus ad utilitatem studii super

1341

facto hospiciorum et scolarium statuta infrascripta/
¶ Primo scilicet/ quod de cetero nullus de universitate
cuiuscumque status/ gradus/ aut conditionis existat/ per
se/ nec per alium/ habeat/ nec retineat possessionem
plurium hospiciorum vel scolarium ¶ Sed quod unico et
unicus sit contentus/ Item ex nullus pro tradendo
vel transferendo/ possessionem hospicii vel scolarium
in alium recipiat vel habeat pecuniam/ vel aliquid
pro transferendo vel dimittendo rem eandem/ ¶ Item
ex nullus possit allegare retentionem possessionis
vel retentione se iuvare/ vel possessionem hospicii
seu scolarium retinere/ Ex quo/ aliud hospicium vel
alias scolas/ ad morandum seu legendum se transtulerit
vel per annum extra villam moratus fuerit/ Sed
eo ipso primum hospicium et primas scollas/ et eorum
possessionem censeatur dimisisse/ Et iuri possessionis
eorumdem renuntiasse/ Et ut melius omnia et
singula supradicta observentur/ Ordinamus de
consilio omnium predictorum/ quod quicumque de studio
volens accedere/ ad titulariatus ¶ vel baccariatus
honorem seu licentie/ vel doctoratus/ iuret in manibus
cancellarii vel rectoris/ Ex predicta omnia et singula
observabit/ et in nullo veniet contra predicta vel
aliquod predictorum/ Et quod penas incurrat infrascriptas
/ Primo si scolaris contra predicta fecerit/ per duos
annos retardetur/ a promotione baccallariatus/ Si
baccallarius a tempore quo erit presentatus domino

titulariatus idest bacal
aureatus honor,

cancellario / pro examinatione primata habenda / per alios duos annos retardetur / Si licenciatus a tempore quo voluerit esse doctor / per alios duos annos retardetur a receptione doctoratus / Si doctor vel magister legens per alios duos annos / a lectura suspendatur /

Anno dni millesimo quadringentesimo decimo / die prima mensis octobris / Ad sonum campane / venerabiles et circumspecti viri / magistri bernardus calueti magister in artibus et licenciatus in sacra pagina et rector / necnon reverendi patres et domini / bernardus de aurimalle abbas sancti saturnini / locumtenens domini cancellarii johannes pemans prior de aurate in decretis doctores et reverendi magistri johannes garcia scolarum sancti stephani et decanus facultatis theologie / bartholomeus de podio instali augustinensis arnaldus roberti in scolis universitatis petrus de granis sancti bernardi stephanus de guano in scolis sancti augustini saturnini jacobus de bar in scolis predicatorum / dominicus theladice in scolis carmelitarum / alfonsus gamesii in scolis minorum / sacre pagine professores / Et domini thomas benedicti bernardus de yuetio johannes cornelii / et gratias arnaldi in decretis doctores / Et magister durandus lagaldia in artibus / ac magister guillermus

1410

lieutenant du chancelier et nommé apres le recteur

Octo regentes in Theologia

nota

Baccalarii in theologia sunt consiliarii

Rigaldi in grammatica alme universitatis tholosane regentes, et frater bernardus de rupe ordinis minorum pro baccallariis in theologia, et dominus raymundus monachus de aurate pro baccallariis in decretis eiusdem universitatis consiliarii, ad sonum campane congregati et convocati etiam per bedellos ut moris est demane in capitulo claustrali fratrum minorum thlei pro se et aliis absentibus prefate universitatis ad infrascripta fideliter peragenda, pro bono et honore ac informa antedicte universitatis fecerunt statuta sequentia et ordinaverunt per modum qui sequitur

Eodem iure dentur pluribus vicibus magistris et doctoribus

Droict de presence

1 Primo statuimus et ordinamus, quod in die magisterii, vel doctoratus in quacumque facultate solum dentur, birri infrascripti presentibus, et non aliis, videlicet dominus cancellario et rectori, dominus prelatis, dominus vicario et officiali tholosano, dominis magistris in theologia, dominis doctoribus utriusque iuris, dominis magistris in medicina, et dominis magistris in artibus et in grammatica

birrus et chyrotecae

2 Item statuimus et ordinamus, quod nulli de dominis supradictis, dominis cancellario et rectori exceptis, etiam si fuerit regens, detur birrus nec cirotecae — si fuerit absens et in aula seu magisterio vel doctoratu non fuerit pro legitimo impedimento infirmitatis — dumtaxat non obviante medio iuramento deposito

3 Item statuimus et ordinamus, quod baccallarii presentati in theologia, nichil dent nec teneantur

dare sub pena prestiti Juramenti alicui magistrorum
Regentium pro Responsione de ordinaria nec actu ordinaria nisi
Respondeant eis

4 Item Statuimus et ordinamus quod bedelli
nulli Reverendorum magistrorum in
theologia Regentium dent in aula cirothecas
pro bancharijs sed solum pro ipsismet bancarijs
si fuerint presentes, aliter non. Idem iudicium
volumus quod habeatur de dominis doctoribus et
magistris atque bancarijs aliarum facultatum bancarij facultatum

5 Item Statuimus et ordinamus quod
bedelli sub Juramento et fidelitate quibus
astricti sunt dicte universitati teneantur reddere
fidele compotum de biretis Receptis et datis in die
magisterij vel doctoratus magistro nono seu
doctori nono Insuper de cirothecis birretis et chyrotecas

6 Item Statuimus et ordinamus quod
domini cancellarius et Rector seu eorum
locatenentes non dent a cetero baccallarijs
legentibus et biblicis in theologia licentiam
exeundi civitatem et studium a Remotis tempore
lecture nisi pro maxima et vigente necessitate
atque Rationabili causa

7 Item Statuimus paupertati
graduandorum compatientium et
ordinamus quod nullus magister seu doctor

Intelligitur hic thesaurarius qui est bursarius bancarius

Theologi tempore prelectionis non debent egredi civitatem

vel licentiatus vel baccallarius in theologia seu
Jure canonico vel civili pro festo sui magistrorum
vel doctoratus vel licentie aut baccallariatus
sit ausus a cetero sub pena prestiti juramenti
dare mymis pro eorum laboribus aliquam
summam pecunie si eas voluerit habere nisi
per modum qui sequitur

1 Primo Quod detur pro festo magistrorum
et crastine mymis tribus unum scutum
et prandium et cenam in die magistrorum et
prandium in crastinum

mymi

2 Item Quatuor mymis dominorum
de capitulo eadem die si dicti dni veniant
ad aulam dentur octo grossi. Et intelligimus
quasi quo mymi antedicti velint honorare
magistrum in die sui festi in prandio alias non

mymi dominorum de capitulo

3 Item pro festo signeti et licentie
in sacra pagina detur tribus mymis unus
florenus de francia et prandium et pro mymis
dominorum de capitulo si domini veniant ad
aulam dentur modo supradicto octo grossi

capitolini festo graduatorum interessant

4 Item Statuimus et ordinamus quod pro
festo doctoratus in jure canonico seu civili seu
baccallariatus detur mymis prandium qui sequitur

5 Primo Quod pro festo baccallariatus
si amici baccallariandi voluerint eos

habere deuetur tribus minimis decem grossi et
prandium Et pro minimis dominorum de capitulo
si dicti domini ad scolas veniant deuetur sex grossi

6 Item pro festo publice examinationis et
licentie in sancto Iacobo cuilibet trium
minimorum deuetur sex grossi et prandium Item
cuilibet tubicinatori tres grossi et prandium

licentia in sancto Jacobo

Buccinatores

7 Item pro festo doctoratus primo in
vigilia doctoratus cuilibet tubicinatori
deuetur tres grossi

trium minimorum deuetur tres grossi et etiam cuilibet

8 Item In die doctoratus cuilibet trium
minimorum deuetur sex grossi prandium et
cena Item eadem die cuilibet tubicinatori
deuetur grossi quatuor et prandium Item
in crastinum doctoratus tribus minimis deuetur
tres grossi et prandium Item eadem die cuilibet
tubicinatori deuetur duo grossi et prandium

9 Item Statuimus et ordinamus quod casu
quod dicti minimi nolent stare supradictis
taxe et ordinationi Precipimus et mandamus
omnibus et singulis supradictis graduandis
sub pena prestiti iuramenti quod nullus heat eas

Anno domini millesimo quatrecentesimo 1412
duodecimo die sexta mensis iulii ad
sonum campane in capitulo claustrali fratrum
minorum de mane congregati Reuerendi

Regentes in Theologia Scholæ sti stephani

11a consiliarios ex theologis assumptos hic s. f.

domini Johannes de mons decretorum doctor prior
de aurate locumtenens domini cancellarii thlani
et magister geraldus bessonis in artibus et
grammatica professor rector honorabilis
universitatis tholosane suum consilium
conocauerunt etiam per bedellos dicte universitatis
ad supradicta et infrascripta peragenda
specialiter congregauerunt quo consilio
fuerunt presentes supradicti duo domini et
Reuerendi in sacra pagina magri Regentes
Johannes garcie scolarum sancti stephani et
decanus facultatis theologice arnaldus
Roberti scolarum universitatis petrus de
granis scolarum sancti bernardi alfonsus
gomesii scolarum minorum Jacobus bardonis
scolarum augustinorum et domini in decretis
doctores et Regentes bernardus de ynocio tohes
cornelii hugo anhelli necnon magister
durandus de la galdia Regentes in artibus
Et etiam frater arnaldus de villanoua
baccallarius presentatus et consiliarius
theologie et dominus Raymundus de mille
sanctis canonicus lascurrensis consiliarius
facultatis canonum Et fuit ibidem conclusum
in dicto consilio quod supradicta omnia et
singula statuta et etiam infrascripta admittuntur
per Reuerendos magistros Regentes et graduatos

arios in theologia observantur sub penis Iuxta eius
contentis ratificando et aprobando Ac etiam si
necesse sit de novo ordinando et statuendo supra
dicta omnia et singula prout iacent tamen super
addendo supra scriptis statutis statuta infra
per modum qui sequitur et etiam statuendo et
ordinando

1 Primo Statuimus et ordinamus quod
eadem die in simul reverendi magistri
non disputent in disputationibus ordinariis
graduatorum in sacra facultate citra licentiam — ordinedes disputtes
Sed solum unus videlicet antiquior in gradu
magisterii et tunc antiquior magister precedat
Iuniorem si voluerit disputare Et Iunior in
hoc teneatur cedere antiquiori in gradu

2 Item Secundo statuimus et ordinamus — duo actus non possunt fieri uno die
quod simul eadem die non fiant nec ante
prandium nec post duo actus publici in dicta
facultate Sed dumtaxat unus

3 Tertio Statuimus et ordinamus quod
omnes graduati et singuli in dicta
facultate tam presentati quam baccallarii quam
magistri studentium quam biblici quam etiam — oes interesse debent [illegible] actibus [illegible]
dispositi teneantur esse in omnibus lectionibus
reverendorum magistrorum in die quo faciet
vesperias aulam et questiones ordinarias et
etiam in ordinariis disputationibus legitimis

impedimento cessante Indicato per Reverendum
magistrum qui cathedram tenebit

4 Item Quarto statuimus et ordinamus
quod servetur in dicta facultate vacationes
festivitatum et quatuor decretalium dicte
universitatis ut moris est et etiam diebus
vesperiarum et aule in primis principiis
sentenciarum et biblie dumtaxat

5 Item Quinto statuimus et ordinamus
quod in die aule Reverendus magister qui habet
magistrari magistrum novum de mane
hora doctorali legat unam lectionem si
voluerit ad quam confluant omnes
graduati in theologia et etiam titulariter
circa magisterium et licentiam

6 Item Sexto statuimus et ordinamus
quod inter quelibet duo principia baccallariorum
et biblicorum tam hiemalium quam estivalium
sit una dies inter media

7 Item Septimo statuimus et ordinamus
quod biblici nullo modo multiplicentur in
eisdem scolis sed quod solum in qualibet
scola theologie a cetero sit et possit esse
unus biblicus ordinarius pro lectura
hyemali et alius pro lectura estivali
Item de baccallariis tam hiemalibus quam
estivalibus per omnia observetur nisi

super hoc a sede apostolica licentia habentur

8 Item Octavo statuimus et ordinamus
quod graduati citra licentiam et magisterium
in facultate theologie qui non sunt de ordine
mendicantium veniant ad actus scolasticos
cum cappa suo statui condecenti et quod cum
illa legant Idem observetur de magistris
novis et licentiatis in diebus vesperiarum
et aule eorundem

BIBLIOTHÈQUE TOULOUSE UNIVERSITAIRE

9 Item Nono statuimus et ordinamus quod
baccallarii estivales qui debent facere
ante baccallarios hyemales immediate
sequentes sua prima et secunda principia
precedant ut fuit consuetum suo ordine
baccallarios immediate hyemales antedictos
Incedensque a tertia principia dumtaxat dictorum
baccallariorum hyemalium Idem de biblistis
observetur

10 Item Decimo statuimus et ordinamus
quod biblici suas continuent lectiones et
legant post prandium hora extraordinaria

11 Item Undecimo statuimus et ordinamus
quod quilibet Reverendus magister in
sacra pagina in die qua disputabit
legat de mane suam lectionem ad quam
veniant omnes graduati citra magisterium

12 Item Duodecimo statuimus et ordinamus

Ex disputationes ordinarie magistrorum
prout sit in vesperis fiant diebus
Jeiunalibus ante prandium de mane et non
Jeiunalibus post prandium hora extraordina-
ne baccallarij actu legentes in suis lectionibus
impediantur

13 Item tercio decimo statuimus et
ordinamus quod tempore disputationum
estivalium nullus graduatus per dictum
cancellarium et dominum rectorem licenciatus
ad exeundum civitatem sed omnes teneantur
interesse in dictis disputationibus nisi in
casu necessitatis iudicio dominorum
cancellarij et rectoris cum consilio sui
magistri in dicta facultate aliter videntur
fiendum

Quando fiunt disputationes theologie estivales baccalarii et alii gratis non possunt dispensari ut exeant civitatem nisi in casu necessitatis

14 Item decimo quarto statuimus et
ordinamus, quod nullus baccallarius
a cetero admittatur per dominos cancellarium
et rectorem ad iuramentum quod prestatur
pro lectura sententiarum nisi per prius
responderit de questione ordinaria sub magistro
vel alicui alteri magistro deputando per
dominum cancellarium si per magistrum
suum steterit, quod non respondeat

15 Item decimo quinto statuimus et
ordinamus, quod baccallarij tam hyemales

quod estimales teneantur respondere de quolibet
tempore lecture sue. Et hoc post tercium principium
sententiarum

16 Item Decimo sexto statuimus et ordinamus
quod tempore lecture estimalis sententiarum
et biblie nullomodo in aliqua scolla theologie
possint esse baccallarii et bibliti duplicati sine
extraordinarii in simul cum ordinariis estimalibus
Et quod principia quatuor librorum sententiarum
fiant per modum alias ordinatum videlicet
primum et secundum in prima estate et tercium
et quartum in secunda estate. Et in casu quo
pro iusta et rationabili causa dispensaretur
cum aliquo quod faceret primum principium in
hyeme precedente suam primam lecturam
sententiarum ius baccallarii antedicti resignatur
magistro regenti sub quo habebit sententias
legere in prima estate

Baccalarii quidam ordinarii quidam autem extraordinarii

bacca estimales non possunt principiare in yeme

17 Item Decimoseptimo statuimus et
ordinamus quod tam in vesperiis quam in
aula semper in primo loco proponat decanus
et in eius absencia vel si aliquem magistraret
antiquior magister in gradu et quod in die aule
duo magistri iuniores in gradu teneantur
respondere in secunda et tercia questione
disputationum suo ordine que fuerit inter
reverendos magistros de secunda vero questione

nota quod decanus non potest substituere iuniorem ad faciendum terminos interpretandum



proponenda per reverendos magistros tam in
vesperis quam in aula fiat ad libitum voluntarie
magistri non eligat tamen unum de antiquioribus

18 Item decimo octavo statuimus et
ordinamus quod expeditiones fiant a cetero
post annum presentem in quo currit rigorosa
de biennio tantum in biennium /i/ post
duos annos completos a fine presentis anni
expeditionum computando incipiendo
primum annum in festo annunciationis beate
marie proxime venturo Et quod inter duas
rigorosas interdum si videatur domino
cancellario et reverendis magistris regentibus
possit fieri una gratiosa tamen quod annus
expeditionum dividatur in tres partes prima
pars incipiat in festo annunciationis et
finiat in vigilia apostolorum petri et pauli
Et illa sit pro magistris antiquis presentatis
Secunda vero pars incipiat in festo
beati michaelis septembris et duret usque
ad festum nativitatis domini pro magistris
antiquis presentatis post primos Tercia vero
pars incipiat in dicto festo nativitatis domini
et duret usque ad sequens festum annunciationis
et hoc pro iunioribus presentatis sic quod expeditiones
sint complete post tres annos integros a
clausura cancellarie primo anno clausure cancellarie computando

et dicta clausura cancellarie pro
expeditionibus dictorum theologorum
incipiat semper in festo annunciationis bte
marie et duret usque ad duos annos completos
sequentes et sic deinceps fiat in posterum
sic quod non obstante statuto super hoc facto
si ita mereatur dici per dominum ayrardi
de quinballo condam cancellarium
thlanum cum sex diuntaxat reuerendis
magistris regentibus Anno dni millio
tricentesimo octuagesimo nono tercia
die mensis Junii Eo quidem statutum
extitit factum sine auctoritate et assensu
domini rectoris et totius vniuersitatis
Qua de causa tunc aliquando extitit deinceps
in futurum post annum presentem quo
computatur domini millesimo quatercentesimo
duodecimo in quo ut preferitur currit
rigorosa expectetur et clausula sit
cancellaria usque ad annum domini
millesimum quatercentesimum decimum
quintum

Statuta reprobantur qua habetur fol. 75. p. b. vide s. fol. 79. pag. b. et fol. 80.

Statuta non valent sine auctoritate rectoris

clausula sit cancellaria

19. Item decimonono statuimus et
ordinamus quod bedelli teneantur ut
fuit consuetum denunciare per scollas
vniuersitatis questiones disputationum
reuerendorum magistrorum tam aule

quod vesperiarum quod etiam aliarum disputationum
et etiam primam questionem disputationum
estivalium et quod quilibet quando habebit
respondere de questione reverendis magistris
ad fines ne actus concultentur informet
se cum bedello ebdomadario quando
tradet suam questionem si est aliquis actus fiendus
in die sue responsioni ne fractor dictorum
statutorum valeat reperiri et questionem
teneatur tradere per duos dies ante suam
responsionem ne bedellus valeat a dicta
denunciatione excusari

20 Item vicesimo statuimus et ordinamus
quod bedelli teneantur convocare
consilium reverendorum magistrorum
quando decanus habebit iuxta statuta
tenere consilium super causis dicte facultatis
et conclusa in dicto consilio rectore dominis
cancellario et rectori prout ad eorum
spectabit officium

21 Item vicesimo primo statuimus et
ordinamus quod reverendi magistri
transgressores statutorum premissorum
nullum habeant emolumentum a baccallariis
et quod baccallarii transgressores eorumdem
statutorum quo ad suas responsiones et
actus habeantur pro nullis

n° de consilio decani

22 Item vicesimo secundo statuimus et ordinamus Ex alia statuta dicte facultatis ad nutum servientur ne graduati valeant degerare Et quod quolibet anno in principio primo baccallarii hyemales carmelitarum dicta statuta theologie firmarie in dictis scollis publicentur per bedellum ut antiquitus fuit consuetum

Statuta per bedellos erant publicanda.

23 Item vicesimo tertio statuimus et ordinamus Ex omnia et singula statuta theologie ne graduati possint prethendere ingnorantiam ponantur et scribantur summarie per articulos in una pelle pargamenti fixa in quadam tabula et quod dicta tabula cum una cathena in scollis ponatur universitatis et unam aliam similem habeat decanus

Statuta Theologie

Per supradicta autem statuta et alia dicte universitatis facta non intendimus preiudicare gratie facte per dominum nostrum summum pontificem baccallariis presentatis antiquis et etiam baccallariis presentatis anni domini millesimi quatrocentesimi duodecimi quando voluerint expediri completa lectura modo et forma in supplicatione signata contentis

Ad laudem et gloriam Jhu xpi
et beatissime virginis marie sue matris
et omnium civium supernorum amen
Quia teste sapiente ubi non est sepes
diripietur possessio statutaque ut vult
boecius legalium penarum facta sunt
propter malos non propter bonos et qui peccat
teste beato bernardo qui ponit et condit statutum
non faciens illud observari ymo quod leges
posite sunt prout vult philosophus ut iuvenes
seu homines bene ordinentur boni premientur mali puniantur
et insanabiles seu incorrigibiles extinguentur
Hinc est quod nos Guillermus Richaldi
magister in artibus et in gramatica ac
baccallarius in decretis coeuntibus domini
Johannis de gaurano utriusque iuris
professoris et venerabilis universitatis
studii thlam rectoris et reverendi in sacra
pagina magistri domini doctores utriusque
iuris et magistri utriusque artis regentes
ac etiam consiliarii dicte universitatis ad
sonum campane ut moris est congregati
Certa statuta antiqua pro bono regimine
dicte universitatis ad memoriam reducimus
prefatis statutis aliqua addendo et nonnulla
etiam alia de novo statuendo per modum
qui sequitur

Primo Ex statutum dicte universitatis
antiquum factum de veniendo ad missam
beatissime marie virginis diebus dominicis
in domo predicatorum sub penis ibidem contentis
inviolabiliter observetur. Adiicientes quod reverendi
in sacra pagina magistri regentes de veniendo
ad dictam missam legitimo impedimento
cessante sub dictis penis similimodo futuris
temporibus obligentur ad idem de sermonibus
ad clerum dicte universitatis per omnes
cuiuslibet facultatis volumus per omnia observari

Sermones ad clerum

2° Item adiiciendo statuimus quod nullus
discurrat per ecclesiam tempore quo
dicentur missa et vespere prefate universitatis
in prefata ecclesia seu alibi diebus dominicis
et festivis seu in aliis peculiaribus missis
dicte universitatis nec collocutiones et
fabulationes per aliquem seu aliquos ibidem
fiant maxime cum populus de hoc quam
plurimum scandalisetur. Et nichilominus
deus offendatur. Adiiciendo quod bedellus
ebdomadarius tempore quo dicentur prefate
misse et vespere discurrat per ecclesiam
et omnes quos reperierit circa hec viciosos
describat in una cedula et nomina illorum
et cognomina tradat thesaurario universitatis

Bedellus debet describere per eccles discurrentes

et ad fines q̄ valeant pro pena retardare
a suis gradibus recipiendis per annum vel
plus secundum q̄ videbitur secundum
exhigenciam culpe domino rectori et
consiliariis dicte vniuersitatis

Matricula annua.

3 Item de nouo statuimus et ordinamus
Quod quilibet studens scolaris cuiuscumque
conditionis seu status fuerit vel existat
in quacumque studeat facultate a tertio
quolibet anno faciat se describi seu se scribat
in quadam matricula seu libro quam seu quem
reperiet penes thesaurarium dicte vniuersitatis
Et hoc infra quindecim dies sui aduentus in
quacumque parte anni venerit a die sui
aduentus computando. Dicendo nomen
cognomen locum diocesim scolam et nomen
doctoris vel magistri exprimendo et etiam
dicendo se scolarem in primo anno vel in
secundo et sic de aliis. Et si talis non faciat
se describi in dicta matricula seu libro vt
dictum est seu non reperiatur descriptus
minime priuilegiis dicte vniuersitatis
gaudeat nec ad honorem ipsius assumatur.
Idem de baccallariis cuiuslibet facultatis
quo ad tempus lecture volumus inuiolabiliter
obseruari. Adiciendo nichilominus q̄ quilibz

Scholastici singulis annis describi in matricula debent

Non matriculati ad gradus nō promouentur nec fruuntur priuilegiis

studens scolaris adultus cuiuslibet facultatis
quando faciet se describi seu se scribat in dicta
matricula seu libro Iuramentum de obiciendo
domino Rectori prestare habeat dictis thesaurario
seu eius locumtenenti in licitis et honestis

4 Item Adiciendo statuimus quod statutum
antiquum dicte universitatis auctoritate
aplica factum de solvendis sallariis dominis
doctoribus et magistris et de non quietanda
dicta sallaria ad evitandum fraudes et
malicias que propter hoc consueverunt
evenire prout in dictis statutis latius continetur
futuris temporibus sub penis in dictis statutis
contentis inviolabiliter observentur Adiciendo
attento quod maxime quod nonnulli studentes
scolares monitiones super hoc alias factas ut
moris est non formidarunt nec etiam
formidant nec iuramentum super hoc per
eos prestitum non dubitarunt seu dubitant
in damnum grave et suarum animarum
periculum ne a cetero ad peccandum et
degerandum illicitus pateat additus Ex
nullus studens scolaris cuiuscunque facultatis
existat ad gradum baccallariatus assumatur
nec baccallarius etiam per suum in theologia
magistrum vel dominum doctorem seu
doctores vel magistros in artibus seu in
gramatica ad subeundum privatum

Salaria non remittenda

violare

Salaria quando solus debent

examen domino cancellario seu eius locumtenenti
presentem nisi prius per cedulam thesaurarii
dicte universitatis fidem fecerit quod omnia
sallaria solvit supradictis suis domino
doctori seu magistro vel doctoribus seu magistris
nec dictus thesaurarius seu eius locumtenens
dictam cedulam tali scolari vel baccallario
tradere habeat nisi per prius testimonium
habuerit a suis domino doctori vel magistro
seu doctoribus vel magistris quod dicta
sallaria integre solvit

Pecuniae cōes distribui prohibētur

Item statuimus et ordinamus quod
de cetero non tradantur pecunie
universitatis communes alicui persone
seu personis etiam de mandato domini
rectoris seu eius vices regentis nisi per prius
communicato consilio ad minus cum
consiliariis regentibus illius anni ita
tamen quod tam dicti dominus rector quam
consiliarii testificentur pro subscriptione
manuum propriarum in cedula vel in
libro de summa pecunie tradenda seu
tradita et ordinatione eiusdem et causa
quare suis nominibus propriis et cognominibus
aliter prefatus thesaurarius seu eius
vices gerens nulli pecuniam antedictam
habeat tradere quod si thesaurarius vel
eius vices gerens nulli pecuniam antedicta

Thesaurarius

oppositum facere attentaverit universitas
tradictionem huiusmodi pecunie sic
factam in compotis millomodo admittat
ymo dictus thesaurarius seu eius vices
gerens prefatam pecuniam dicte
universitatis solvere teneantur / exceptis
hominibus ordinarii puta campane
obitus domini cancellarii cantorum illius
qui claudit scolas dominorum et
reparationum scollarum vel aliquibus
minutis / exceptis usque ad summam
dumtaxat unius scuti

^ honeribus ordinariis

portre de luminarie

6 Item statuimus et ordinamus / quod
thesaurarius seu eius vices gerens
prefate universitatis teneantur semper
quolibet anno ante festum beati Luce
per decem dies ad minus reddere dominis
rectori et regentibus cuiuslibet facultatis
prefate universitatis compota de receptis
et expensis omnibus factis nomine sepe
dicte universitatis / Quam si facere
contempserit seu obmiserint teneantur
pro prima die solvere misericordia
luminarie dicte universitatis triginta
solidos tholosanos / Et pro qualibet
aliarum dierum in qua obmiserint
dicta compota reddere decem solidos
turonenses parvos Adiicientes quod

Thesaurarius [illegible] reddat compota et [illegible]

liber thesaurarii debet remanere in arca vtis

Summa finalis tam de receptis quam expensis dictorum compotorum describatur semper in uno libro per dictum dominum rectorem vel eius locumtenentem vel de eius mandato. Et quod dictus liber reponatur et custodiatur in archa magna quatuor clavium dicte universitatis

Archa magna habet quatuor claves

7 Item statuimus et ordinamus ne negocia dicte universitatis per defectum consilii habendi quomismodo pereant quod quilibet vocatus ad consilium per dominum rectorem seu eius locumtenentem vel regentem teneatur semper venire legitimo impedimento cessante. Ex si venire sic vocatus contempserit seu obmiserit teneatur solvere luminarie dicte universitatis, si magister in sacra pagina vel doctor in artibus seu in gramatica magister duos solidos tholosanos sicuti est ordinatum de missis dicte universitatis. Cum crescente contumacia crescere debet et pena

8 Item statuimus et ordinamus ut confusio et horror penitus evitentur ex a cetero in congregationibus honorariis et reverencialibus pro parte dicte universitatis alicui domino seu aliquibus dominis cum ~~aterga~~ fiendis

v. arenga

omnes domini prelati et reverendi in
theologia magistri domini doctores
utriusque iuris et magistri utriusque
artis licenciati nobiles baccallarii
magistri studentes atque scolares
cuiuslibet facultatis vadant suo ordine
bini et bini prout fit parisiis et in
aliis universitatibus ut consuetum est
etiam observari in dicta universitate
thlana / in processione sancti sebastiani
et hoc isto modo / videlicet quod primo
precedant domini cancellarius et rector
seu dominus rector in absencia domini
cancellarii seu eius locumtenens cum
illo qui habet facere harengam / demum
domini officiarii utriusque potestatis
si qui interfuerint / demum veniant seu
incedant domini prelati / postea in theo^a
magistri / demum domini doctores in
decretis postea domini doctores in legibus
postea magistri in medicina / demum
magistri in artibus / postea magistri
in grammatica / consequenter licenciati
suo ordine secundum preheminentiam
facultatum ut supra ordinatum est
et descriptum de doctoribus et magistris
demum sequentur seu veniet nobiles
postea baccallarii cuiuslibet facultatis

procession de st sebastian

Correctum fol. 176.

Officiarii praecedunt regentes in actib^9 universitatis

Iuxta preheminentiam facultatum ordine
quo dictum est superius de doctoribus
magistris atque licentiatis et baccallariis
est ordinatum adiicientes quod quilibet in
theologia magister doctor cuiuslibet
facultatis et magister cuiuslibet artis
portent semper in dictis congregationibus
birrum flocatum in capite vel in manu Et
si aliquis prefate universitatis in futurum
cuiuscunque gradus seu conditionis fuerit
supradictum modum succedendi in prefatis
congregationibus honorariis et reverentialibus
obstinare contempserit seu negligerit
teneatur solvere luminarie prefate
universitatis pro qualibet vice duos
solidos turonenses parvos

portent regentes birrum flocatum

1408

Cum secundum sanctorum patrum
et doctorum sacrorum catholica
documenta merces et bravium presupponat
in adulterio semper laborem et meritum
precipue in dedicatione et deputatione pro
serviciis licitis et honestis Hinc est quod nos
Anno domini millesimo quatercentesimo
octavo die decima octava mensis Januarii
Durandus la galdia magister in artibus
Rector Et reverendus pater dominus de
aurmalle decretorum doctor abbas sancti
Jacobi de buttoris necnon reverendi in sacra

Regens decretorum praeponitur theologis quia abbas ita scriptus

pagina magistri petrus de petra augustinorum Johannes garcie sancti stephani Johannes bertrandi sancti saturnini arnaldus roberti universitatis bernardus bossonelli predicatorum petrus de granis sancti bernardi Jacobus de abbatia carmelitarum stephanus de guano minorum aycardus de riparia legum doctor andrinus bredecort actu regentes alme universitatis venerabilis studij thlam atque arnaldus de pinolijs licenciatus in decretis et baccallarius in utroque tenens auditorium domini Johannis de fabrica legum doctoris et frater petrus bonialti baccallarius in theologia arnaldus guillermi de lacheusis baccallarius in legibus et frater petrus de scotibus studens in theologia consiliarij eiusdem universitatis presentes in civitate tholose pro se et nomine absentium necnon et dicte universitatis attendentes emolumenta maxima ac obventiones varias que bedelli antedicte universitatis continere recipiunt a facultate theologie seu a graduandis eiusdem et modicos labores et servicia que prefati bedelli secundum quantitatem supradictorum emolumentorum ac obventionum eisdem annuatim impendunt et exibent precipue in scolis antedicte facultatis existentes et

Regentes in theologia

Bedelli

congregati in capitulo claustrali fratrum
minorum tholose Ordinamus et statutum
fecimus et per presentes statuimus et ordinamus
Quod bedelli presentes pariter et futuri in
scolis dicte universitatis videlicet universitatis
sancti stephani sancti saturnini ubi
ordinarie de mane legitur theologia per
Reverendos magistros eiusdem facultatis
seu in futurum legetur hora consueta
dum dicti Reverendi magistri suas
ordinarias legent lectiones a cetero prout
faciunt in scolis Iuristarum et artium
Indicant et publicent creationem fiendam
novi Rectoris et sindici atque congregationes
generales prefate universitatis insuper et
festa et vesperias presentia sollemnia
declinationes Resumptas atque disputationes
Reverendorum magistrorum in sacra pagina
Necnon et presentia prima baccallariorum
et bibliorum in theologia Nequorum
omnium et singulorum testimonium
magistrum Raimundum costa et aycardum
fornarii bedellos dicte universitatis in
nostri presentia super sancta curare
fecimus die qua supra quod supradicta
omnia et singula fideliter observabunt
et exequantur in futurum
Ista est ordinatio seu statutum

Bidelli debent dies festos nunciare

locorum baccallariorum tam in sedendo quam
arguendo in scollis infrascriptis et conformiter
omnium aliorum graduatorum seu graduandorum
ac etiam dispositorum. Et statuta infrascripta
de sedibus pro facultate theologica fuerunt
facta per almam universitatem venerabilis
studii tholosani in collegio sancti martialis
cum instrumento publico recepto per magistrum
pontium de fontanis notarium publicum
thle anno domini millesimo quadringentesimo
quarto et die nona mensis septembris

Item statuimus et ordinamus quod a
cetero baccallarii in theologia sedeant
in scolis theologorum per modum qui sequitur.

In scolis predicatorum
Primo sedeat baccalla-
rius minorum
Secundo carmelitarum
Tercio augustinorum
Quarto universitatis
Quinto sancti stephani
Sexto sancti bernardi
Septimo s. saturnini
Octavo predicatorum
In scolis universitatis
Primo baccallarius
predicatorum

Secundo minorum
Tercio carmelitarum
Quarto augustinorum
Quinto s. stephani
Sexto s. bernardi
Septimo s. saturnini
Octavo universitatis
In scolis minorum
Primo baccallarius
predicatorum
Secundo augustinorum
Tercio carmelitarum
Quarto universitatis

Quinto s. stephani
Sexto s. bernardi
Septimo s. saturnini
Octauo minorum

In scolis augustinor
Primo bacallarius
minorum
Secundo predicatorum
Tercio carmelitarum
Quarto vniuersitatis
Quinto s. stephani
Sexto s. bernardi.
Septimo s. saturnini
Octauo augustinorum

In scolis s. stephani
Primo Bacallarius
minorum.
Secundo predicatorum
Tercio augustinorum
Quarto carmelitarum
Quinto vniuersitatis
Sexto s. bernardi.
Septimo s. saturnini
Octauo s. stephani

In scolis s. bernardi.
Primo Bacallarius
predicatorum
Secundo minorum
Tercio carmelitarum
Quarto augustinor
Quinto vniuersitatis
Sexto s. stephani
Septimo s. saturnini
Octauo s. bernardi.

In scolis s. saturnini
Primo bacallarius
minorum
Secundo predicatorum
Tercio augustinor
Quarto carmelitar
Quinto vniuersitatis
Sexto s. stephani
Septimo s. bernardi.
Octauo s. saturnini

In scolis carmelitar
Primo bacall predicator
Secundo minorum
Tercio augustinorum
Quarto vniuersitat
Quinto sancti stephani
Sexto s. bernardi
Septimo s. saturnini
Octauo carmelitar

Reuerende In xpo pater et domine
domine mi rector alme matris nre
vniuersitatis venerabilis studij tholosani
Cum vos pater et protector iurium graduatorum
seu graduandorum non solum tuerantorum sed
etiam extrauentorum esse censeamini ex officio
potissime extrauentorum qui non habent in
hac regia vrbe qui eos in suis iuribus
manuteneant et defendant Idcirco volens
animum vestre dominationis de veritate
presenti omnino informare Et vt me in meo
iure velitis manutenere et conseruare Cum
ego frater petrus mazoti prouincie turonie
ordinis minorum fuerim secundum tenorem
statutorum papalium et generalium dicti
ordinis in capitulo generali mantue vltimo
celebrato electus ad legendum sententias
ordinarie pro parte vltramontana in
venerabili conuentu tholose pro anno dni
millesimo quatercentesimo vicesimo prout
ex tenore litterarum reuerendissimi generalis
patris generalis ministri antedicti ordinis
sigillo eiusdem sigillatarum apparere potest
Quarum tenor talis est In xpo sibi
karissime fratri petro mazoti prouincie
turonie frater antonius de pareto ordinis
fratrum minorum generalis minister et
seruus salutem et pacem in domino sempiterna

Cum per viam scrutinij omnium vocalium
nostri generalis capituli in festo pentecostes
Anno domini millesimo quatercentesimo
decimo octavo vicesima die mensis may
mantue celebrati, ad quos spectabit electus
fueris concorditer ad legendum sententias
in conventu tholosano pro anno tercio parti
ordinis ultramontane debito secundum
papalia et generalia nostri ordinis Instituta
de tua vita laudabili et sufficientia ad
docendum fidedignorum testimonijs informatus
de omni ministrorum et magistrorum
assistentium in dicto capitulo generali
consilio et assensu te in prefato tholosano
studio et conventu pro antedicto casu dicta
partem ultramontanam contingente baccallariatum
cum sequela magisterij consequendi in theologica
facultate Instituo et Institutum denuncio per
presentes mandans tibi ad meritum obedientie
salutaris quatinus uno bono fratre socio de
scitu tui ministri provincialis assumpto
qui tecum ire debeat et morari qui sit ibi
studens quamdiu moraberis in prelibato conventu
nichil contribuendo ad predictum locum te
transferas tempore oportuno ad te preparandum
ad legendum et actus alios scolasticos
secundum consuetudinem dicti conventus et
studij exercendum secundum gratiam a

domino tibi datum. Tu autem quamdiu stabis
in prefato conventu gratiis libertatibus et
immunitatibus que baccallariis legentibus in
dicto tholosano studio conceduntur uti valeas
et gaudere pacifice concedo, nec aliquis ine
inferior per obediantiam salutarem te audeat
quomodolibet impedire. Gardianus vero et
magister regens ceterique fratres prenominati
conventus te ad honorem ordinis ipsorumque
profectum solicite laborantem habeant
carius in domino commendatum quod si
dictos actus scolasticos sufficienter perfecerit
ac libere et aliud canonicum non obsistat in
loco et ordine tibi debito iuxta more studii
supradicti te debeant cancellario universitatis
tholosane promovendum ad magisterium
presentare eidem ex parte ordinis supplicando
ut te velit feliciter expedire. Vale in xpo
Jhesu et ora pro me. Datum loco et tempore
quibus supra. Denique super dicta
lectura sententiarum et baccallariatu ordinario
orte fuerunt lis et controversia inter me ex
una parte et fratrem franciscum galteri
huius provincie acquitanie parte ex altera
ventilateque et agitate fuerunt per ambas
antedictas partes coram reverendo magistro
dominico barrani tunc vicario dicte provincie
acquitanie et etiam coram venerabili consilio

prefati conventus tholose per aliquod
tempus. Tandem ambabus partibus
antedictis consentientibus concorditer
conclusum fuerit per dictos vicarium et
consilium quod supradictalis et controversia
remitterentur reverendissimo patri generali
antedicto per eum decidende et quicquid
ipse super hoc ordinaret per nos ambos
indubie teneretur et etiam per prefatum
conventum tholose. Postmodum vero
prefatus reverendissimus pater generalis
in curia romana et in civitate florencie
existens concluserit et ordinaverit quod ego
essem in dicto conventu tholose magister
studentium pro anno domini millesimo
quatercentesimo decimonono. Prout ex
tenore litterarum prefati reverendissimi
patris generalis suo sigillo sigillatarum
constat. Quarum tenor talis est.

In xpo sibi karissimo fratri petro
mazoti provincie turonie fr. Anthonius
de pereto ordinis minorum minister et servus
salutem et pacem in domino sempiternam.
De tua vita laudabili et sufficientia ad
docendum fidedignis testimoniis plenius
Informatus de multorum magistrorum
in sacra pagina professorum aliorumque
proborum fratrum consilio et assensu te

in conventu tholose pro isto secundo anno
magistrorum studentium institui non obstante
quacumque alia institutione per me facta
seu littera a me in oppositum quomodolibet
emanata et institutum denuncio per
presentes mandans tibi ad meritum
obedientie salutaris quatinus ad dictum
conventum quamcitius poteris debeas te
transferre executurus ibidem magistri
studentium officium secundum morem
prefati studij et secundum gratiam a
domino tibi datam cum gratijs et libertatibus
privilegijs et immunitatibus que magistris
studentium inibi conceduntur fratribus
vero prenominati conventus te ad honorem
ordinis ipsorumque profectum continue
laborantem tamen in domino recommando
vale in xpo ihu et ora pro me Datum
florentie die sexta octobris anno domini
millesimo quatercentesimo decimonono
Insuper etiam et ordinaverit quod ego anno
immediate sequenti videlicet domini
millesimo quatercentesimo vicesimo
in dicto conventu legerem sententias
extraordinarie cum sequela regentie
dicti conventus prout etiam ex tenore
litterarum dicti patris generalis suo sigillo
sigillatarum apparere potest Quarum

tenor talis est In xpo sibi karissimo
fratri petro mazoti provincie turonie frater
anthonius de pereto ordinis minorum generalis
minister et servus salutem et pacem in domino
sempiternam De tua vita laudabili et
sufficientia ad docendum fidedignis testimonijs
clarius informatus de multorum magistrorum
in sacra pagina professorum ac aliorum
proborum fratrum consilio et assensu te in
conventu et studio tholosano baccallarium
extraordinarium pro tercio anno seu cursu
Institui cum sequella regentie habita prius a
sede aplica de ipsa regentia dispensatione
speciali et institutum denuncio per presentes
Mandans tibi ad meritum obedientie salutaris
quatinus assumpto uno bono fratre socio qui
tecum ire debeat et morari ad dictum conventu
te transferas tempore debito executurus ibidem
baccallarij extraordinarij officium secundum
gratiam a domino tibi datam Tu vero quamdiu
in prefato conventu stabis gratijs et libertatibus
privilegijs et immunitatibus que baccallarijs
extraordinarijs in prenominato conventu
legentibus concedimus uti valeas et gaudere
pacifice Fratres autem iamdicti conventus
te ad honorem ordinis ipsorumque profectum
continue laborentem habeant carius in domino
commendatum Declarans nichilominus per

presentes quod Regentia ordinaria que incumbit
fratri francisco galteri ex sui baccallariatus
officio sit semper salua. Vale in xpo thu et
ora pro me. Datum florentie die sexta octobris
Anno domini millesimo quatercentesimo
decimonono. Consequenter vero Sanctissimus
in xpo pater et dominus noster dominus martinus
diuina prouidentia pp̄a quintus eandem
Regentiam prefatam conuentus tholose michi
dedit et concesserit prout ex tenore quarundam
litterarum trium Reuerendissimorum in xpo
patrum et dominorum sancte Romane ecclie
cardinalium sigillis eorum impendenti
sigillatarum sufficienter constare potest
quarum tenor talis est. Miseratione
diuina Jordanus episcopus albanensis
Johannes tituli sancti laurentij in damaso
et petrus tituli sancti stephani in celio monte
presbiteri sacrosancte Romane ecclie cardinales de
Ursinis montaragon, et de fuxo communiter
nuncupati. Commissarij ad infrascripta
auctoritate apostolica specialiter deputati.
Dilecto nobis in xpo fratri petro mazoti
ordinis fratrum minorum prouincie turonie
salutem in domino. Exhibita siquidem
sanctissimo in xpo patri et domino nro
domino martino diuina prouidentia pp̄e
quinto tua petitio continebat quod Reuerendus

pater frater anthonius de pereto eiusdem
ordinis generalis ministre de multorum
magistrorum in sacra pagina professorum
ac aliorum proborum fratrum dicti ordinis
consilio et assensu te in conventu et
studio tholosano baccallarium extraordinarium
pro tertio anno seu cursu cum sequela
Regentie dummodo prius super hoc a sede
apostolica de ipsa Regentia dispensationem
specialem obtineris duxit instituendum ac
instituit prout in certis litteris ipsius
generalis ministri super hoc tibi concessis
lacius vidimus contineri Supplicasti
domino nostro pape quatinus tecum super
dicta Regentia dispensare seu dispensari
mandare misericorditer dignaretur Idemque
dominus noster papa tuis devotis
supplicationibus inclinatus nobis
Jordano Johanni et petro cardinalibus
predictis oraculo vive vocis commisit et
mandavit quatinus auctoritate apostolica
super predicta Regentia tecum dispensaremus
Litterasque nostras super hoc tibi oportunas
concedertimus Ea propter nos cardinales
commissarii supradicti ut dictam
sequelam Regentie obtinere retinere et
exercere valeas auctoritate apostolica

predicta et de mandato prefati domini nostri
pape oraculo vive vocis nobis ut premittitur
facto constitutionibus et ordinationibus
apostolicis necnon statutis et consuetudinibus
ordinis conventus et studij tholosani
predictorum ac alijs quibuscunque
contrarijs non obstantibus te cum presentium
tenore dispensamus In quorum omnium
et singulorum fidem et testimonium
premissorum presentes nostras litteras
sigillis nostris proprijs appensione munitas
tibi duximus concedendas Datum florentie
sub anno a nativitate domini millesimo
quatercentesimo decimonono indictione
duodecima et die nona mensis octobris
Pontificatus prefati domini nostri pape
martini quinti anno secundo Postmodum
vero capitulum provinciale prefate
provincie aquitanie in conventu castrarum
in festo penthecostes proxime preterito
celebratum me etiam iuxta ordinationem
prefati Reverendissimi patris generalis
Instituerit et ordinaverit et ita in tabula
diffinitionis dicti capituli scriptum et
lectum publice fuerit Ego pro dicto
anno domini millesimo quatercentesimo
vicesimo sententias extraordinarie
legerem et essem baccallarius cum sequela

Regentie in sepedicto conventu tholose prout
ex tenore litterarum Reverendi in xpo patris
provincialis ministri huius provincie
aquitanie suo sigillo sigillatarum constat
Quarum tenor talis est Cum xpo
sibi carissimo fratri petro mazoti
provincie turonie magistro studencium
tholose frater Raymundus fratrum minorum
in provincia aquitanie minister et servus
salutem et pacem in domino sempiternam
Cum ex diffinitione nostri provincialis
capituli in festo pentecostes castris noviter
celebrati secundum ordinationem Reverendissimi
patris nostri generalis ministri fueritis
Institutus et assignatus ad legendum
sentencias extraordinarie in conventu
tholose cum sequella Regentie dicti
conventus hyemaliter pro anno presenti
Idcirco tenore presencium mando vobis ad
meritum obedientie salutaris quatinus baccallarius
extraordinarii officium cum sequela Regentie
ut prefertur suscipiatis Et susceptumque cum omni
diligencia exequamini tempore oportuno
Transferendo vos ad conventum tholose
secundum gratiam a domino vobis datam
sub prelatorum eiusdem conventus obedientia
moraturus quibus vos carius in domino
Recommendo Valete in xpo Ihu et orate

1 predictum

pro me Datum castris tempore nri prouincialis
capituli in festo penthecostes Imbi celebrati
Anno domini millesimo quatercentesimo
vicesimo / Consequenter vero Ego
in dicto capitulo presens existens pro manu
tenentia et defensione iuris mei in lectura
ordinaria sententiarum dicti anni in prefato
conuentu coram dicto Reuerendo patre ministro
et diffinitoribus ac vocalibus dicti capituli
publice et alta voce protestatus sollemniter
fuerim etiam et postmodum in scriptis modo et
forma in quadam cedula per a b c diuisa
expressis et contentis Quarum vnam partem
habet dictus Reuerendus pater minister penes
se et ego aliam Cuiusquidem cedule de verbo ad
verbum tenor talis est / Coram vobis
Reuerendo in xpo patre fratre ministro hoy lis
prouincie aquitanie sacre theologie professore
excellentissimo et aliis Reuerendis patribus
diffinitoribus et Reuerendis magistris necnon
et vocalibus ac aliis eiusdem prouincie
in capitulo vestro prouinciali castris in
festo penthecostes nouiter celebrato congregatis
post lecturam tabule vestre diffinitionis de
mane et die vicesima noua mensis maii
anni presentis / ego humilis filius vester
frater petrus mazoti prouincie turonie

Raymundo

in xpo

et magister studentium conventus tholose per
presentes Iuridice et publice ac alta voce
protestor quod ego volo stare per omnia
ordinacioni reverendissimi in xpo patris
nostri generalis ministri per ipsum
florencie facte super baccallariatu conventus
tholose pro anno presenti dum tamen
sim securus statim dum reversus fuero
tholose quod ego habebo regenciam dicti
conventus statim dum fuero effectus in
sacra pagina magister et dicto modo
per universitatem et conventum in baccallarium
extraordinarium receptus alias protestor
quod ego per vestram lecturam in tabula
diffinicionis predicti vestri provincialis
capituli factam non intendo derogare
nec preiudicare iuri meo super baccallariatu
ordinario dicti conventus tholose pro anno
presenti quod habeo et habebam secundum
statuta papalia et generalia nostri ordinis
antequam dicta ordinatio esset facta super dicto
baccallariatu inter me et fratrem franciscum
galteri vestre provincie ymo quantum possum
Iurisdice et in hijs scriptis me oppono et dicte
lecture et ordinacioni non assentio
protestando tu super de prosequendo iuridice
tus meum super dicto baccallariatu

ordinario anni presentis coram illis superioribus
ad quos spectabit de iure coniunctim vel
divisim. Et requiro tenore presentium
quod super dictis protestacionibus sitis michi
omnes testes. Et ad maiorem certiorem
copiam dictarum protestacionum per a
b. c. divisarum penes me retineo die et
loco quibus supra. Anno domini millesimo
quatrocentesimo vicesimo. Dictaque
protestatio per prefatos reverendum patrem
ministrum diffinitores et vocales dicti
capituli per me facta admissa fuerit
volens ab ordinatis superius per meos
superiores quovismodo recedere sine demate
dimittamen tus regentie dicti conventus in
restituetur per vos et almam matrem
nostram universitatem tholosanam insuper
et volens ostendere quod ita volo facere vobis
reverendo in xpo patri et domino domino
meo et rectori alme matris nostre
universitatis tholosane prefate humilitate
supplico et cum multiplicata instantia
vos requiro quatinus velitis me recipere
et admittere ad baccallariatum supradictum
cum sequela regentie iuxta contenta in
supradictis litteris meorum superiorum et
me recommissum habere in iure meo
me manutenendo. Ego autem perpetuus

temporibus orabo dominum pro statu felici
vestre metuendissime paternitatis quamquidem
conservare dignetur xpus Jhus in statu
honoris et gracie longevis temporibus Amen

De omnibus suprascriptarum litterarum
copiis Ego frater petrus mazoti ordinis
fratrum minorum pronuncie turonie de die
in diem et quandocumque per vos domine
rector vel vestros successores fuero requisitus
sive per almam matrem nostram universitatem
paratus sum cum originalibus fidem
indubiam prestare etiam et de presenti si
vobis placeat
Demum post prefatus pater generalis
scripsit conventui tholosano antedicto
sequentem litteram cuius tenor talis est
Venerandis religiosis gardiano ac
magistris in sacra pagina Ceterisque
fratribus de consilio conventus thlam
de ordine fratrum minorum detur
Carissimi fratres in xpo post
salutem in domino Quoniam
que occulta sunt et obscura deducenda
sunt ad lucem ut clarius cognoscantur
ut sic error omnis tollatur de medio
et scandalis obvietur Ea propter vobis
notum facio harum serie litterarum

Quod cum in generali capitulo nuper mantue
celebrato fuerint aliqui pro parte ultra
montanorum et aliqui pro parte cismontanorum
specialiter deputati ut de promouendis ad lecturas
sententiarum in studijs generalibus diligenter
prouidere deberent pro parte ultramontanorum
in conuentu vestro tholosano fratrem bertrandum
de prato bernone pro primo cursu deputauerunt
et fratrem iacobum de placentia pro parte
cismontanorum pro secundo ~~et sic~~ Et sic
Reperitur in tabula diffinitionis unde si
error quis ortus est non fuit culpa mea sed
ipsorum eum de talibus non habeam claram
notitiam Sed frater iacobus de placentia
sponte renuens loco sui fratrem franciscum
galterij instituit Est verum quod cum frater
petrus mazoti prouincie turonie fuerit per
me baccallarius pro tercio anno legitime
institutus iuxta tenorem obedientie sue
ignorans ordinationes studij vestri et conuentus
nec illis qui fuerunt positi in tabula diffinitionis
volens iniuriam facere et ne ipse frater
petrus defraudetur totaliter ~~ea propter~~ ipsum
pro isto secundo anno magistrum studentium
in vestro conuentu instituit non obstante quod
alius per me fuerit institutus necnon et
baccallarium extraordinarium in prelibato
conuentu pro tercio anno deputaui Et si

dispensationem de regencia a sede apostolica
obtinere potuerit regencie etiam sequelam
assignam eidem tea tamen quod jus regencie
fratris francisci galterij maneat semper salvum
Denuum caritates vestras exortor efficatia
quanta possum ut fratrem herneum lopedret
socium assignatum prefato fratri petro
mazoti mei contemplatione habeatis
singulariter recommissum et eum prostudente
in vestro conventu benigniter admittatis quod si
feceritis ut spero gratissimum habebo Alia pro
presenti non occurrunt scribenda vallete
feliciter et orate pro me Datum florencie die
sexta octobris 1419 fr anthonius de pereto
generalis minister ordinis minorum

1423

Quoniam sacro et egregio doctore
Inde opere monachorum augustino attestante
tu ea vita ubi doctores fiunt laboriosi Ibi
opifices fieri debent numerosi Nam maledictus
est homo qui partem suam facit deliorem
in super et apostolo dicente qui altari serviunt
de altario vivere debet Et qui etiam spiritualia
seminant sanas supple doctrinas mettere
debent et temporalia ymo etiam et sapiente
in sacro codice biblie edocente tollenda inquit
et vitanda pro posse sunt inconvenientia ne
pessimum pariant riparum et divisionum

exitum quoniam ubi non est sepes diripietur
possessio. Hinc est quod nos infrascripti
Johannes crimolii decretorum doctor cancellarius
thlaunus et petrus hugo de portello legum doctor
et regens ac rector alme universitatis
studii tholosani et johannes giortie decanus
facultatis theologie ac scolarum sancti
stephani arnaldus roberti scolarum
universitatis bartholomeus de roquali
scolarum sancti bernardi johannes ysrael
scolarum minorum nondinus gaucheron
scolarum augustinorum et raymundus
canaleri scolarum carmelitarum in sacra
pagina magistri et regentes necnon
raymundus de arenxis prior de aurate
hugo anhelli bernardus andree andreas
sancii bertrandus de clusello et johannes
radulphi in decretis doctores et regentes ac
galhardus dancii et stephanus maderii legum
doctores et regentes necnon arnaldus de
bosco et bernardus salarcii in medicina
magistri et regentes ac anthonius bonis et
anthonius de varduno in artibus magistri
et regentes ac johannes juvenis et michael
velayci magistri in artibus et regentes in
gramatica ac fratres petrus de vispo
baccallarius presentatus in theologia pro
baccallariis et petrus textoris dispositus

ad sententias pro scolaribus in theologia
consiliarij prefate alme universitatis studij
tholosani Attendentes omnia et singula
superius allegata et quam plura etiam alia
unanimiter et concorditer Anno domini
1423 millesimo quatercentesimo vicesimo tercio
et die duodecima mensis maij que fuit
dies festo ascentionis domini in capitulo
claustrali fratrum minorum post sermonem
universitatis de mane ad infrascripta
peragenda Ibidem specialiter per bedellos
universitatis prefate vocati et congregati
statuimus et ordinamus sequentia
futuris et perpetuo temporibus inviolabiliter
observanda per dominos cancellarium
et rectorem ac omnes regentes et
consiliarios dicte universitatis sub
pena prestiti iuramenti

De iuribus non remittendis

Primo Quod a cetero dominus
cancellarius et rector commetim
vel divisim nullo modo convocent
nec congregent consilium ad faciendum
aliquam remissionem seu gratiam de
iuribus seu emolumentis communibus
vel particularibus pertinentibus ad
thesaurariam ut moris est dicte universitatis
ratione et ex causa doctorandorum in
utroque iure Et in casu quod absit

Pœna rectoris qui de remissionibus loquitur

oppositum facerent quod quilibet ipsorum violator prefati statuti habeat solvere thesaurario dicte universitatis unam marcham argenti seu valorem eiusdem. Et hec totiens quotiens venerint in oppositum prefati statuti

Secundo quod nullus supradictorum cancellarius vel rector aut regens vel locumtenens cuiuscumque facultatis sit ausus a cetero quomodo proponere vel rogare in communi vel particulari dominum cancellarium vel rectorem seu aliquem regentem vel consiliarium dicte universitatis quod fiat aliqua remissio seu gratie alicui doctorando in utroque iure de iuribus seu emolumentis communibus vel particularibus pertinentibus ut moris est sepedicte universitati ratione et ex causa utriusque doctoratus. Et in casu quod absit quod aliquis ipsorum veniret in oppositum quod solvat unam marcham argenti seu valorem eiusdem thesaurarie dicte universitatis et hoc totiens quotiens venerit in oppositum supradicti statuti

Tercio quod a cetero dominus cancellarius vel rector vel regens vel locumtenens eorumdem seu aliquis et regentibus vel consiliariis

Remissiones prohibite

dicte universitatis nullomodo sit ausus
prebere assensum nec etiam vocem suam
dare in eum casum quod in consilio dicte
universitatis per aliquem proponetur vel
rogaretur etiam in particulari quod fieret
alicui doctorando in utroque iure aliqua
remissio seu gratia de iuribus et emolumentis
pertinentibus ad thesaurariam prefate
universitatis in communi et particulari
ratione et ex causa utriusque doctoratus
iuris canonici et civilis. Et casu quod oppositum
faceret quod solvat unam marcham
argenti seu valorem eiusdem thesaurarie
dicte universitatis. Et hoc totiens quotiens
veniet in oppositum supradicti statuti

Quarto Et per omnia supradicta
statuta inviolabiliter observentur in
magistrandis in theologia ac doctorandis
in una facultate et magistrandis in
medicina et in artibus. Et ita ea volumus
intelligi sicut de doctorandis in utroque iure

Quinto Ex a cetero absque quacumque
difficultate quilibet doctorandus in
utroque iure in antedicta matre nostra
universitate tholosana solvat integra
iura pro quolibet gradu doctoratus

Remissiones omnino prohibite

utriusque iuris tam communia quam
particularia thesaurario dicte universitatis

Et q nulla fiat ei de dictis Juribus seu
emolumentis Remissio seu gra quovis modo
futuris temporibus Idem statuimus et ordinamus
de magistrandis in uno gradu tam in theologia
q doctorandis in iure canonico vel civili
Et magistrandis tam in medicina q in
artibus futuris et perpetuis temporibus
observandum

fu medicina no fiat remissio

Sexto Q a cetero nulli stellorum qui
habebunt in aliqua facultate Remissionem
publice et Jurabunt ac promittent expediri
Infra tempus statuti fiat porrogatio tpris
ultra tempus statuti ad Recipiendum
gradum in quacunque facultate nisi p
prius solvat integra iura vel deponat in
manibus thesaurarii et in casu q aliquis
dominorum cancellarii seu Rectoris vel
Regentis vel locumtenentis eorundem aut
aliquis Regentium vel consiliariorum
oppositum in communi vel particulari
concederet vel faceret q totiens quotiens
veniet in oppositum supradicti statuti
q solvat thesaurarie universitatis unam
marcham argenti vel valorem eiusdem

Septimo Q in eum casum q
aliquis supradictorum dominorum
cancellarii vel Rectoris vel Regentis seu

locumtenentis eorum aut Regentium vel
consiliariorum vel alius ab ipsis proponeret
in consilio universitatis vel Rogaret
in oppositum quomismodo supradictorum
statutorum in toto vel in parte quod statim
pro responsione per dominos cancellarium
vel Rectorem vel Regentem vel locumtenentem
eorumdem presententur supradicta statuta
et ordinationes ad fines ut essent actibus
propositionibus vel recognitionibus

Statuta in fine officij cuiusque Rectoris Legantur

Octavo Quod supradicta omnia
et singula statuta in fine officij
cuiuslibet Rectoris in ecclesia predicatorum
die dominica post missam universitatis
legantur publice per bedellum cum aliis
statutis prout est fieri consuetum ne
aliquis in posterum ignorantia in quomismodo
dictorum statutorum possit pretendere
in toto vel in parte

Nono Statuimus et ordinamus quod
